

Bl. 61.

DIET. HERM. KEMMERICHII

SERENISS. SAX. DVC. STIRP. ERNEST. CONSILIARIE
AVLICI FACVLT. IVRIDICAE ET SCABINATVS
PRAESIDIS ORDINARI, CVRIAEC PROVINC.
SAX. ASSESS. ET ANTICESSORIS PRIMARII
IN ACADEMIA IENENSI,

ORIGINES
IVRIS ECCLESI-
ASTICI,

EX

NATVRA ET INDOLE
RELIGIONIS ET ECCLESIAE,

NEC NON
PRIMAEVO ECCLESIAE STATV,
AC VARIIS EIVS, CVM PRIMIS
REGIMINIS ECCLESIASTICI,
MVTIATIONIBVS
DERIVATAE,



LIPSIAE ET CVRIAEC VARIS CORVM

A. MDCCXLV.

IMPENSIS IOH. GOTTLIEB VIERLINGII.

DIGT. HERM. KIRCHNICH

2781. 1733 SAXONIAE / 2781. 1733 HERMANNI KIRCHNI
840. 1733. FESTALI / 840. 1733. CAROLAE BOVATICI
66. VENATIONIS ORDINARII / 66. VENATIONIS ORDINARII
82. VENATIONIS ANTICIPATORIATI / 82. VENATIONIS ANTICIPATORIATI
IN AACHENIA ETCETERA.

ORIGINÆS

JARVIS ECCLESIE
ASTIGI

xx

NATURA ET INDO

REHIONIS ET ECCLÆSIE

medio

medio

medio

medio

medio

medio

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE



1733. 1733. 1733. 1733. 1733. 1733.

1733. 1733. 1733. 1733. 1733. 1733.

1733. 1733. 1733. 1733. 1733. 1733.



PRAEFATIO.

Quas Tibi jam exhibeo, Bennevole Lector, *Origines Iuris Ecclesiastici* destinatæ erant Synopſi Iuris Ecclesiastici, brevi D. V. in lucem edendæ, cuius partem facere debebant. Sed cum animadvertem, ita excrescere hoc opusculum, ut paulo amplius redditum sit Compendium, quam quod Prælectionibus Academicis sit accommodatum; satius esse duxi, peculiari istud libello complecti. Primo omnium autem operæ pretium esse putavi, genuinam Religionis & Ecclesiæ, quæque utriusque fundamentum est, Societatis inter DEum & Homines, naturam & indolem ex Iuris Natur-

5b
)(2 ralis

PRAEFATIO.

ralis principiis exponere. Qua
in parte sequutus sum exempla
tum b. IO. SCHILTERI, qui in
Prudentia Iuris Christianorum,
Libris de *Libertate Ecclesiarum*
Germaniae subjuncta, itidem *Socie-*
tatem inter DEum & Homines
fundamenti loco collocavit; tum
Illustris Viri, IVSTI HENNIN-
GII BOEHMERI, qui, ad re-
ctius explicandam naturam Eccle-
siæ, nonnulla quoque de *Socie-*
tate Hominis cum DEO in principio
Iuris Parochialis, Sect. I. §. 6.
præmittenda duxit. Deinde li-
cet Ecclesia Christiana oppido dif-
ferat ab Ecclesia Iudaica, nō ta-
men abs re fore existimavi, exem-
pto SAM. PVFENDORFFII, in
libro de *Habitu Religionis Chri-*
stianæ ad vitam Civilem, mihi
præludentis, originem Religio-
nis revelatæ, indeque natæ Ec-
cle-

PRAEFATIO.

clesiæ , ex Ecclesia V. T. Patriarchali & Iudaica repetere , ejusque Cultum ac ordinem , paucis delineare , ut & differentia ejusdem ab illa pateret , & simul intelligeretur , quanto in errore versentur , qui ordinem Ecclesiasticum Christianorum ab Ordine Sacerdotum & Levitarum Ecclesiæ Iudaicæ derivare , atque Regimen Ecclesiæ Christianæ illi conformare satagunt . Cum autem maxime ex Ecclesiæ Christianæ Statu primævo ac Regimine , variisque ejus mutationibus , Origines Iuris Ecclesiastici revertendæ fuerint : post fundationem Ecclesiæ hujus sub Capite Christo , ante omnia Ecclesiam Christi Apostolicam , cum primis statutis ejus ac Regimen , itemque Disciplinam , denique Conventus sacros Cultumque Divinum , curatius

PRAEFATIO.

ratius contemplari oportuit.
Deinde & Status Ecclesiæ, qualis,
ratione Differentiæ ac Ordinis
Personarum, Regiminis, Disci-
plinæ ac Sacrorum, sub Impera-
toribus Ethnicis Seculo II. & III.
obtinuit, considerandus fuit.
Porro Status Ecclesiæ sub Impera-
toribus Christianis, quod ad
Ordinem Ecclesiasticum, Regi-
men Ecclesiæ Subordinatum, cum
primis Episcopale, speciatim
quoque Iudicia Ecclesiastica ac
Disciplinam Ecclesiasticam, Re-
gimen item Metropolitanum ac
Patriarchale, itemque Papale,
denique Supremum Imperato-
rium aut Regium, repræsentari
debuit. Idque nunc quidem pro
instituti mei ratione sufficere ar-
bitratus sum. V.

PRO-

PROLEGOMENA
DE
NATVRA ET INDOLE
IVRIS ECCLESIASTICI ET
IVRIS PRVIDENTIAE
ECCLESIASTICAE.

- Tit. I. De Societate inter DEum &
Homines.
Tit. II. De Religione universim.
Tit. III. De Ecclesia ejusque Regimi-
ne universim.
Tit. IV. De Ecclesia Veteris Testa-
menti Patriarchali & Iudaica.
Art. I. De Ecclesia Patriarchali.
Art. II. De Ecclesia Iudaica universim,
cum primis ejus Fundatione.
Art. III. De Tabernaculo ac Templo
Ecclesiæ Iudaicæ.
Art. IV. De Membris & Ministris Ec-
clesiæ Iudaicæ, cum primis Sacer-
dotibus & Levitis, nec non Statio-
nariis.
Art. V. De Cultu DEI Publico & So-
lenni in Templo, eoque Quotidia-
no & Sabbatiano.
Art. VI. De Festis Ecclesiæ Iudaicæ &
Cultu Festivo.

Art.

Art. VII. De Synagogis Iudaicis , nec
non Cultu minus solenni ac Privato.

Art. VIII. De Synedriis & Consistoriis
Iudaicis.

Tit. V. De Ecclesia Novi Testamenti,
sive Christiana, ejusque Origine ac
Fundatione sub Capite Christo.

Tit. VI. De Ecclesia Apostolica ejus-
que Statu ac Regimine.

Tit. VII. De Ecclesiæ Christianæ Sta-
tu & Regimine Sec. II. & III.

Tit. VIII. De Statu & Regimine Ec-
clesiæ Christianæ sub Imperatoribus
Christianis Sec. IV. & seqq. usque
ad Sec. XV.

Art. I. De Ordine Ecclesiastico.

Art. II. De Regimine Ecclesiæ Subor-
dinato , speciatim Episcopali sub
Imperatoribus Sec. IV. ad Sec. XV

Art. III. De Iudiciis Ecclesiasticis ac
Disciplina a Ecclesiastica Sec. IV. ad
Sec. XV.

Art. IV. De Regimine Ecclesiæ Me-
tropolitano & Patriarchali. a Sec. IV.
ad XV.

Art. V. De Regimine Ecclesiæ Papali.

Art. VI. De Regimine Ecclesiæ Su-
premo Imperatorum & Regum.





PROLEGOMINA.

DE

NATVRA ET INDOLE JVRIS ECCLE-
SIASTICI ET JVRISPRVDENTIAE
ECCLESIASTICAE.

I.

JVRIS ECCLESIASTICI nomine mihi venit, vel *complexus Legum Ecclesiasticarum*, secundum quas *Ecclesia*, & *externum religionis exercitium in ea*, nec non *personæ & res, actionesque, eodem pertinentes*, ita, ut *omnia ordine & decenter fiant, diriguntur, quidque in causis ecclesiasticis justum vel injustum sit, dijudicatur: vel Systema doctrinæ, inde collectum.*

2. *JVRISPRVDENTIA vero ECCLESIASTICA est habitus leges ecclesiasticas vel prudenter ferendi, vel recte intelligendi & interpretandi, atque vel ad Ecclesiam, negotiaque ecclesiastica, dirigenda, vel ad causas ecclesiasticas, justitiamque vel injunctiam earum, dijudicandas, recte applicandi.*

3. *Objectum ergo Juris Ecclesiastici absolvunt partim Ecclesia, partim externum*

A

Reli-

Religionis exercitium, partim Regimen Ecclesiæ ac Disciplina Ecclesiastica, partim Personæ & Res, nec non Actiones Memborum Ecclesiæ, eodem pertinentes, atque ad fines ejusdem dirigenda.

4. ECCLESIA hujus juris objectum, idque generale sive totale, quod vocant, merito censetur, quatenus est Societas hominum externa, religionis, per externas actiones, exercendæ, causa, inita, & quatenus actiones membrorum ejus ad fines ejusdem, secundum certas leges, sunt dirigenda.

5. EXERCITIVM RELIGIONIS EXTERVM, quod alterum Juris Ecclesiastici objectum, idque specialius, constituit, partim doctrinam de credendis & agendis, quam Doctores Ecclesiæ Auditoribus suis tradere debent: partim cultum divinum ejusque ritus, sive actiones externas, religioni internæ, ejusque fini, accommodatas, earumque circumstantias, complectitur.

* Not. Religionem internam, quatenus in fide & pietate interna consistit, atque in mentibus & conscientiis residet, ad jus ecclesiasticum non pertinere.

6. Personæ, quæ ad objectum hujus juris pertinent, sunt Membra Ecclesiæ, quatenus circa externum religionis exercitium occupantur, quæ in Clericos & Laycos

cos vulgo, rectius in Doctores & Auditores etiam, Pastores & Oves, dispescuntur: ut tamen Personæ, quæ clericalis, sunt ordinis, Ecclesiasticae quoque speciatim dictæ, earumque actiones, tam licitæ aut præceptæ, quam illicitæ, tam communes, quam propriæ & ad officium earum ecclesiasticum spectantes, potissimum in censem hic veniant.

7. Sed & *Res Ecclesiæ* huc spectant, quæ nempe usibus Ecclesiæ, vel ad ipsum religionis exercitium peragendum, vel ad Personas ecclesiasticas sustentandas, vel ad *Res ecclesiæ* alias conservandas, inserviunt; quarum nonnullæ speciatim *Bona Ecclesiastica* vocantur.

8. Porro *Regimen Ecclesiæ*, ad objec-
tum Juris Ecclesiastici itidem referen-
dum, est institutum ecclesiæ, vi cuius,
per certas personas, exercitium religio-
nis externum, nec non personæ & res,
actionesque, eodem pertinentes, ita diri-
guntur, ut ordine & decenter omnia in
Ecclesia fiant, & finis ecclesiæ obtinean-
tur.

9. Huic affinis est *Disciplina Ecclesi-
astica*, quæ est institutum, quo membra
ecclesiæ, per convenientia remedia, ad
officium faciendum, compelluntur, vel,
ob neglectum officium, coercentur.

10. Denique *Actiones* huc spectantes sunt *Negotia Ecclesiastica*, vel ipsum religionis exercitium, vel personas ecclesiasticas, vel res eodem spectantes, concorrentia: itemque *Delicta Ecclesiastica*: quæ quatenus quæstio de illis in judicium deducitur, etiam *Causæ Ecclesiasticae* vocantur.

11. *Norma*, secundum quam hæc omnia sunt dirigendæ, sunt *Regule certæ*, a divinis vel humanis *Auctoribus præscriptæ*, *nāvoces* quoque Græco vocabulo dictæ: ex quibus deinceps *Leges factæ* sunt, *Ecclesiastice cognominatæ*; quæ adeo ut *Principia Juris Ecclesiastici* sese habent, imo & ipsum *Jus Ecclesiasticum*, idque, pro varietate causæ, a qua oritur, vel objecti, circa quod versatur, varii generis, constituunt.

12. Hinc primum *Jus Ecclesiasticum* aliud est *Divinum*, quod D E V M habet auctorem, & vel ex legibus divinis naturalibus, vel ex institutis divinis, in *Scriptura Sacra* revelatis ac præscriptis, constat: aliud *Humanum*, quod ab hominibus profectum, & vel ex *Canonibus Ecclesiæ*, vel *Constitutionibus Ecclesiasticis Imperatorum aut Pontificium Romanorum*, vel etiam *Principum & Statuum Imp. collectum* est.

13. *Jus Ecclesiasticum Humanum* est vel *Scriptum*, quod expressa voluntate ab Ecclesia

clesia vel Imperantibus sanctum, atque publica horum auctoritate in scripturam redactum est: vel *Non-Scriptum*, quod ex traditione & usu, vel solo etiam usu, de consensu utentium testante, receptum, atque ex tacita vel presumta voluntate illorum, qui jus facere possunt, vim juris in Ecclesia obtinuit.

14. Deinde Jus Ecclesiasticum vel *Universale* est, quod omnes Ecclesias Christianas: vel *Particulare*, quod certas tantum Ecclesias obligat.

15. *Prioris* generis est, quod generalia Juris Ecclesiastici principia & fundamenta, ex jure naturali, cum primis jure publico universalis, nec non institutis Christi & Apostolorum, atque adeo ex natura & indole Religionis & Ecclesiæ Christianæ, habituque utriusque ad Remp. & Imperium civile, deprompta, atque ad regimen Ecclesiæ applicata, exhibens.

* An & *Universalium Conciliorum Canones* huc referendi?

16. *Posterioris* generis censendum, quod sibi quævis Ecclesia particularis, ejusque Caput, vel, si mavis, Imperans cujusque Reip. in qua Ecclesiæ existunt, secundum placita cujusque religionis in iis receptæ, vel expressa sanctione, vel solo usu & consuetudine, publice probata, constituit: quod adeo, pro varietate Gentium ac Rerum. nec non Religionum in iis florentium,

tium, varilare posse, facile est ad intelligendum.

17. Atque hujus generis in primis est *Jus Canonicum*, quod ex canonibus conciliorum atque regulis Patrum est constitutum: *Jus Pontificium*, quod Pontificium decretis & decretalibus constat; & *Jus Ecclesiasticum Protestantium* sive *Evangelicum*, quod ab Evangelicis sive Protestantibus Legislatoribus conditum est. De quibus omnibus inferius ex instituto agendi locus erit.

18. Porro *Jus Ecclesiasticum*, tam scriptum, quam non-scriptum, tam universale, quam particulare, vel *Publicum* est, vel *Privatum*.

19. *Publicum Jus Ecclesiasticum* de habitu Ecclesiarum ad Rempublicam, ac Summa Potestate circa Sacra agit, quam Imperans circa Ecclesias, in Republica sua existentes, externumque in ea religionis exercitum, personasque & res, causasve eodem pertinentes, vel dirigendo, per Potestatem Consultoriam, Legislatoriam ac Judiciariam, vel defendendo, per manum armatam, exercet.

* Quod adeo in Imperio nostro R. G. pars est *Juris Publici*, Statum Imperii ac Territorum publicum, ex Legibus Imperii fundamentalibus, ac principiis *Juris Publici universalis*, explicantis.

** Dif.

** Differt ab hoc *Jus Publicum Papale*, quod Hierarchiam Clericalem, & hinc natam Monachiam Papalem, repräsentat.

20. *Privatum* *jus Ecclesiasticum* est, quod agit de juribus & officiis membrorum Ecclesiæ, cum primis Personarum Ecclesiasticarum, circa externum religionis exercitium, itemque juribus rerum ecclesiæ, causarumve eodem pertinentium, nec non de Juribus Ecclesiæ particularis, qua persona moralis, ac membra Reip. tam cum aliis communibus, quam peculiaribus, denique modis de his omnibus agendi in iudicio.

21. Hujus præcipuæ partes, sunt, *Jus Parochiale*, ac *Jus Judiciarium ecclesiasticum*: de quibus omnibus itidem inferius suis locis ex instituto agendum.

22. Pari ratione & *Jurisprudentia Ecclesiastica* in *Publicam* & *Privatam* dispesci potest.

23. *Illa* iterum triplex est: *Consultatoria*, quid expediat Ecclesiæ, pro praesenti nempe rerum statu, & quomodo regimen Ecclesiæ, externumque religionis exercitium, prudenter, ita, ut fines supra dicti obtineantur, sit instituendum, ac dirigendum, decernit.

24. *Legislatoria*, circa *Jus*, in Ecclesia constituendum, atque adeo *Leges* ac *Ordinationes*, statui Ecclesiæ & Reip. nec non principiis religionis in illis receptæ,

convenientes, prudenter ferendas, occupatur.

25. Denique *Judiciaria*, quæ & *Consistorialis* vocari suavit, & circa causas ecclesiasticas, in Judiciis sive Consistoriis obvenientes, secundum jus constitutum, sive leges ecclesiasticas, prudenter dijudicandas atque expediendas, versatur.

26. *Hæc vero, Privata*, nempe, qua membra Ecclesiæ cumprimis personæ ecclesiasticae, secundum Leges sive Ordinationes Ecclesiasticas, & præsentes circumstantias, actiones suas, in externo religionis exercitio, ac disciplina ecclesiastica, ceterisque causis ecclesiasticis, cumprimis officio ecclesiastico, prudenter instituunt ac dirigunt.

27. Ex dictis facile colligitur, *Studium Juris Ecclesiastici*, non solum *Jurium*, sed etiam *Theologiæ Cultoribus*, utilissimum, imo necessarium esse, ut, quid juris in causis ecclesiasticis sit, ubi in foro de illis agendum est, quidque sui sit officii in Ecclesia, cuius vel membra, vel ministri, vel directores erunt, sciant atque intelligent.

* Dic. de in commodis, ex ignorantia Juris Ecclesiastici in *Jurium Cultores* maxime, sive in Foro Ecclesiastico, causas orando, aut decidendo, sive in Senatu Principis, vel de causis religionis in Imperio recte dijudicandis, vel de juribus circa sacra recte exercendis, consilia agitando, versantes, redundantibus.

** Dic.

** Dic. de commodis, ex Juris hujus peritia
in Ministros Ecclesiae, Pastores & Inspecto-
res sive Superintendentes, promanantibus: ut
circa vocationem suam, præsentationem, con-
firmationem & ordinationem, in officio erga
Superiores suos, Consistorium, Superintenden-
tem, Patronum, Collegas, Pastores vicinos,
denique Parochianos, in functionibus suis
sacris, actibus liturgicis, causis matrimonia-
libus, sepulturis, circa res ecclesiæ, bona ec-
clesiastica & redditus suos, & id genus alia,
recte sese gerere queant, ne poenis aut cen-
suriis ecclesiasticis obnoxios sese reddant.

28. Quem in finem ante omnia genuina
Juris Ecclesiastici principia & fundamen-
ta, ex *Compendio* quodam, debitiss requi-
sitis gaudente, & cum primis *Protestantium*
Ecclesiis & Foris accommodato, perdis-
cenda sunt; cui mox *Compendium* quod-
dam Juris *Canonico-Pontificii* jungi potest.

29. Deinceps vero, si quis ulteriores in
hoc studio progressus facere velit, majora
quoque *Systemata* evolvenda, sed & ipsi
fontes inspiciendi indeque, quæ cuique,
pro ratione scopi sui, usui esse possint,
haurienda erunt.

* Dic. de CARPOVII, BRVNNEMANNI,
ZIEGLERI, PUFENDORFFII, SCHIL-
TERI, THOMASII, TITII, Ill. BOEH-
MERI, B. HORNII, Ill. FLOERCII, S.
Rev. PFAFFII, ESPENII, CORVINI,
FLEVRY, aliorumque scriptis, hoc nomine
commendandis. A 5 30. Ut

30. Ut autem felicius hoc procedat, intellectus hujusmodi Studiosi subsidiis necessariis instruendus ac præparandus est.

31. Primum SS. *Theologia*, nec non *Jure divino naturali*, cum primis *Jure publico universalis*, ex verioribus & sanioribus principiis deducto, imbuendus: deinde ex *Historica Ecclesiastica* V. & N. T. ea, quæ ad diversum Ecclesiæ statum, diversumque ejus regimen, atque religionis exercitium, per vices temporum varie mutatum, re-de te per noscendum, pertinent, haurienda, atque adeo *Origines Juris Ecclesiastici* ex-genuinis fontibus eruendæ. Cui porro *Historia Juris Ecclesiastici*, præsertim *Ca-nonico-Pontificii*, & *Protestantium*, jungen-dæ: denique *Notitia Scriptorum Ecclesiasti-corum* comparanda.

* 1. In hoc studio, ut accuratius & distinctius *Jus Ecclesiasticum* per noscatur, probe secer-nenda sunt 1) ea, quæ *juris divini naturalis* sunt, veluti quæ ex natura religionis & eccl-e-siæ flunnt, ab iis quæ *juris positivi* sunt: 2) In his iterum instituta *divina*, quæ scilicet a Deo vel Christo ordinata & præscripta sunt, ab institutis *humanis*; 3) in utrisque iterum, quæ principiis *juris divini naturalis* con-venientiora sunt, ab illis, quæ magis ab iis-dem recedunt; 4) In institutis *divinis* rursus instituta Ecclesiæ V.T. sive Judaicæ, ab institu-tis Ecclesiæ N.T. sive Christianæ: 5) In *hu-ma-*

nis.

nis iterum instituta Ecclesiæ *primitivæ*, puta
Apostolicæ, & primorum seculorum, ab institu-
tis Ecclesiæ *sequioris*, ejusque tam *medii*,
quam *recentioris* ævi; 6) In Ecclesia *sequioris*
ævi instituta Ecclesiæ *Orientalis* sive *Græce* ab
institutis Ecclesiæ *Occidentalis* sive *Latinae*,
cum primitis *Romane*: 7) In utraque, cum pri-
mis in hac, exerentia fœse arcana Hierarchiæ
Papalis curate dijudicanda: 8) In Ecclesia
Occidentali porro ab Institutis Ecclesiæ Ro-
manæ depravatis, Monarchiæ Papali accom-
modatis, distingvenda Instituta Ecclesiæ Evan-
gelicæ puriora, doctrinæ Christi & Apostolo-
rum, principiisque juris divini naturalis magis
accommodata. Deniq; 9) in his omnibus simul
diversa Juris Ecclesiastici principia notanda:
Cum primitis *Jus Canonicum*, ex *Canonibus Con-*
ciliorum enatum, & *Pontificium*, ex *decretis* &
decretalibus epistolis Pontificum profectum, nec
non *Evangelicum*, in usum Ecclesiarum Ev-
angelicarum, a Protestantibus in Germania
Statibus Imp. conditum, probe discernendum.
10) Sed & circa *Jus Canonico-Pontificium* non
solum usus ejus & auctoritas in Germania tam
apud Catholicos, quam apud Protestantes, sed
etiam mutationes ejusdem, per *Leges Imperii*
R. G. factæ, curate observare expediet.

2. Facile autem patet, his omnibus maxime in-
servire studium *Historie Ecclesiastice*: quod ut
prudenter a Studio *Juris Ecclesiastici* insti-
tuatur, in singulis seculis maxime attendendum
1) ad *Regimen Ecclesiæ, & Personas, Ecclesia-*
stica

stica officia administrantes ; 2) ad Liturgiam sive externum religionis exercitium , ejusque mutationes per singula secula ; 3) ad Disciplinam Ecclesiasticam , 4) ad Concilia cujusque seculi : adeoque Historia Conciliorum præcipuam ejus partem constituet ; 5) ad Patres Ecclesie ; 6) ad Episcopos & Pontifices Romanos .

* Dic. de Historia Ecclesiasticae *Compendiis ac Systematibus* quibusdam , & potioribus *Scriptoribus coævis*.

** Itemque de CAVEI , SAGITTARII , BOSII , SCHMIDII , aliorumque scriptis *huc spectantibus* .

LIBER PRIMVS
ORIGINES
JVRIS ECCLESIASTICI
EXHIBENS.

TIT. I.

DE

SOCIETATE INTER DEVVM ET
HOMINES.

I.

Sicuti ECCLESIAE fundamentum est RELIGIO: ita RELIGIONIS fundamentum est SOCIETAS inter DEVVM & HOMINES: cuius adeo existentia origo & natura ante omnia inquirenda.

* Eandem Societatem Divinam pro fundamento quoque Societatis Sacrae inter homines , i. e. Ecclesie ,

Ecclesiæ, agnoscunt JO. SCHILTER in *Prud. Jur. Christ. Prefat.* & *Lib. I. Cap. I. §. 19.* it. de *Libert. Eccles. Germ. Lib. I. Cap. §. 14.* & *Inst. Jur. Can. L. I. T. III. §. 1. 2.* nec non *Ill. JO. ERN. FLOERCK.* in *Observ. Select.* ad h. *I. Conf.* omnino *Ill. J. HENN. BOEHMER J. Paroch. Seet. I. C. I. §. 2.* ubi itidem notat, naturam hujus *Unionis & Societatis cum Deo,* vel ideo hic explicari debere, quod debeat fundamentum esse *Societatis externe sacræ,* qua homines in *cœtum externum coēunt, DEV M colendi, & internam societatem stabilieri gratia.*

2. Dari **SOCIETATEM** hujusmodi, inter **DEV M** & **HOMINES** intercedentem, ex origine ejus intelligitur. *Origo autem ejusdem in ipsa Creatione, & hinc nata hominis a DEO dependentia, quærenda.*

* Paulo aliter existentiam Divinæ hujus Societas *SCHILTERVS de Lib. Eccl. G. I. c.* demonstrat: nempe tum ex altera hominis *natura, intellectuali, ac immortali;* quo pertinere videtur illud *TVLLII L. I. de LL. Prima HOMINIS cum DEO rationis SOCIEtas:* tum ex fine illo & bono ulteriore, quam civilis societas in hac exigua vita attingit, quodque ad partem hominis superstitem pertinet. Quamvis, *CICERONIS* sententiam Christianis merito repudiandam, censeat *Ill. BOEHMER I. c. §. 8.*

3. *Creatos esse homines a DEO, ceu Enre a Se ipso existente, atque adeo indepen-*dente,

dente, summe perfecto, summeque bono, summa Sapientia, Sanctitate ac Potentia gaudente, causa prima omnium rerum, extra ipsum existentium, adeoque Creatore hujus universi: hoc loco, tanquam alibi demonstratum, præponimus.

* 1. *Sapientia dei* est perfectio intellectus divini, vi cuius ipse non solum omniscius esse, sed etiam omnia sua consilia & decreta, per media optima, ad optimum finem dirigere, intelligitur.

2. *Sanctitas dei* est perfectio voluntatis divinæ, vi cuius Deus nihil vult, nisi quod optimum, atque adeo & divinæ suæ & humanæ naturæ convenientissimum est, ab omni malo quam longissime abhorrens.

3. Complectitur ergo *Sanctitas dei* & *Amorem Sui ipsius* perfectissimum, & *Amorem Hominum* perfectissimum.

4. *Amor dei* erga *Homines* & *Benevolentiam dei* complectitur, vi cuius Deus hominibus bene cupit: & *Benignitatem*, vi cuius Deus hominibus bene facit. Ultraque generali *Bonitatis* nomine venit.

5. Ex *Sanctitate dei* fluit *Justitia dei*, quæ est perfectio voluntatis divinæ, vi cuius Deus non solum vult, ut homines voluntati suæ voluntatem & actiones conforment, sed etiam bene agentibus bene, male agentibus male, & cupid & facit, adeoque bonum bono, malum malo rependit.

6. *Potentia dei* est perfectio voluntatis divinæ,

vi cuius ipse omnia, quæ vult, etiam facere potest, ita, ut nulla creatura ipsum in agendo impedire possit.

4. Quodsi jam homines sese in ordine ad D E V M considerent, talem inter ipsum tanquam *Creatorem* suum, & se, tanquam *creaturas* ipsius, intercedere relationem intelligunt, quæ in perfectissima *Sui a D E O dependentia* consistit.

* *Dependentia* alterius ab altero generatim relationem involvit ad aliquam causam, a qua dependens existentiam suam habet, vel in actionibus suis determinatur.

5. *Dependentiam* hanc duplicitis generis esse, animadvertunt: *Naturalem* scilicet, vi cuius homines & existentiam & essentiam D E O, ceu Creatori suo, acceptam ferunt; & *Moralem*, ex naturali profluente, vi cuius homines, ratione voluntatis & actionum suarum ita a D E O dependent, ut easdem voluntati divinæ conformare teneantur.

6. Sicuti igitur *Dependentia Naturalis* fundamentum est *Creatio*: ita *Dependentia Moralis* fundamentum non solum est *Creatio*, indeque nata *Dependentia naturalis*; sed

3.v. *Præcognitam. Juris Divini Natur. Cap. II. §.*

*35. seqq. Conf. LAMPE Theol. Nat. §. 200.
sqq. §. 323. 345.*

4. *5. v. Præcogn. m. J. D. N. l. c. §. 44. seqq.*

sed etiam *Sanctitas & Justitia DEI*, cum *Sapientia ac Potentia DEI conjuncta*.

* Is enim, qui creaturam, cum ratione & libertate agentem, per suam sapientiam & potentiam, produxit, atque adeo & existentiam & essentiam ei largitus est, haud dubie istam ita in potestate sua habet, ut de ea facere ac statuere possit, quicquid velit; atque adeo & necessitatem ei imponere, voluntatem suam voluntati Creatoris sui subjiciendi.

7. Ex dependentia igitur hominis a D E O oritur SOCIETAS inter D E V M & HOMINES, consistens in *unione quadam divine & humanæ voluntatis*, ad *communes D E I & hominum fines*, per *convenientes actiones*, *obtinendos ac promovendos*.

8. Ex eadem hominis a D E O dependencia intelligitur, *Societatem hanc esse inaequalem*: atque adeo ex parte D E I involve re Imperium, vi cuius D E V S non solum vult, ut communes, per homines, obtineantur fines, sed etiam ad actiones, eodem dirigendas, homines obligat; ex parte hominum vero Subjectionem, vi cuius homines obligantur ad voluntatem suam voluntati divina conformandam.

* *Inequalis* est societas, quæ datur inter illos, quorum alter ab altero ita dependet, ut hic in illum

Conf. LAMPE Theol. Nat. §. 379.

Conf. H. GROT. de J. B. & P. L. I. C. I. §. III. n.

2. Praecogn. m. Jur. Div. Nat. I. c. §. 47.

illum potestatem habeat, ille vero huic subjectus sit. Unde & hic *Superior*, ille *inferior* dicitur.

Potestas, Superiori competens, vocatur *Imperium*, i. e. potestas inferiores regendi & ad obsequium cogendi. Cui ex parte inferioris respondet *Subjectio*, i. e. obligatio ad obsequium Superiori præstandum.

9. Qualis Societas inter D E V M, ceu sumnum *Imperantem*, & *homines*, tanquam *subjectos*, intercedens, atque adeo homines cum D E O ad communes fines obtinendos uniens, non incommodo R E G N U M D E I: Obligatio vero, inde enascens, ratioque cum D E O sepe, ad communes fines uniendi, R E L I G I O salutatur.

10. In hoc igitur Regno D E I D E O, ceu Summo Imperanti, merito Summa tribuitur M A I E S T A S: quippe quæ non solum summam involvit *Perfectiōnem*, sed etiam summam *Potestatem*, sive jus, summum exercendi imperium in universum genus humanum.

* Fundamentum Regni D E I, *Imperiique*, D E O in homines competentis, est partim *Sanctitas*, partim *Justitia* divina. Vi *Sanctitatis* suæ, D E V S non potest non velle, ut fines obtineantur, naturæ divinæ & humanæ convenientes. Vi *Justitiae* vero D E V S non potest non velle,

B

ut

10. II. v. *Præcogn. J. D. N. I. c. §. 49. sqq. add.*
LAMPE *Theol. Nat.* §. 368.

ut homines, seu creaturæ, a se dependentes, voluntatem & actiones voluntati suæ conformant; adeoque ad eosdem, quos DEVS intendit, fines actiones suas dirigant: unde consequitur, DEVM, vi justitiæ suæ, non posse non summum in homines imperium exercere.

11. Et cum IMPERIVM exerceatur partim per *Leges*, partim per *Judicia*: hinc DEVS, vi Majestatis suæ, in hoc Regno suo, non solum summam exercet Potestatem Justitiamque *Legislatoriam*, leges hominibus præscribendo, naturæ divinæ & humanæ, atque utriusque finibus, convenientes; sed etiam summam Potestatem Justitiamque *Judicariam*, actiones hominum, secundum leges præscriptas, dijudicando, ac pro bonis bona, pro malis mala illis rependendo, atque adeo vel præmia, vel poenæ, illis decernendo.

12. Hinc *Justitia DEI* Judiciaria in *Remuneratoriam* & *Vindicativam* dispescitur: Illa est, qua DEVS præmia decernit ac confert bene agentibus, sive Leges suas obseruantibus; *Hec* vero, qua DEVS poenæ decernit ac irrogat male agentibus, sive Leges DEI transgredientibus.

* Dic. de *Justitiæ Divinæ vindicativa necessitate ex Sanctitate Divina fluente.*

13. Com-

II. v. *Præcogn. J. D. N. l. c. §. 50.*

12. v. *LAMPE l. c. §. 360-362. III. WOLFF Theol.*

Nat. P. i. §. 1080. 1081.

13. *Communes autem DEI & hominum Fines*, in hac Societate, haud dubie sunt, quos Deus per creationem hominum intendit: nempe ex parte DEI, GLORIAE DIVINAE ILLVSTRATIO; ex parte hominum vero, SALVS HVMANA, eaque SVMMA atque AETERNA; Ita tamen, ut hæc illi sit subordinata.

* 1. GLORIA DEI est repræsentatio Majestatis divinæ, quæ illustratur, ubi actiones hominum testantur, quod ipsum non solum pro Ente perfectissimo, sed etiam Summo Imperante suo, nec non Benefactore maxime amabili, habeant.

** 2. SALVS vero sive FELICITAS AC BEATITUDO hominum generatim in lœta, perpetua ac secura, bonorum, ad perfectionem, durationem ac voluptatem hominis facientium, per actiones convenientes eidem unitorum, possessione ac fruitione consistit.

3. Atque hæc ulterius in Internam & Externam haud incommodè dispescitur.

4. Interna Salus iterum complectitur & Perfectionem tantam naturæ cujusque, ratione animi & corporis, quanta requiritur, ut quilibet ad fines suos, lege divina sibi præscriptos, obtinendos, reddatur idonens; & Durationem naturæ, tali perfectione gaudentis, si fieri possit, perpetuam; & Voluptatem latitudinique, ex suavi utriusque sensu enatam.

5. Externa autem bonis constat, quæ ut causæ ac media internæ felicitatis sese habent, vel

- etiam utriusque mumenta ac firmamenta sunt.
6. Deinde *Salus* ac *Felicitas* humana, pro diversitate bonorum, alia est *Summa*, alia *Subordinata*: *Summa* vel *absolute spectari* potest, vel *relative*.
7. *Priori* intuitu consistit in *Felicitate animi* sive *mentis* perfecta & æterna: atque adeo complectitur 1.) *Perfectionem Mentis*, speciatim intellectus & voluntatis, sive *Sapientiam* & *virtutem*; 2.) *Immortalitatem animæ*, sive *vitam æternam*; 3.) *Tranquillam animi letitiam*, i. e. voluptatem animi, ex conscientia sapientiae & virtutis suæ, ac utriusque exercitio, nec non spe vitæ æternæ, etiam nulloque affectu dolorifico turbatam.
8. *Posteriori* intuitu consistit in æterna Dei, ceu Summi Boni per mutuum amorem arctissime cum homine uniti, fruitione.
- *** 9. Atque hos fines Deus, vi *Summæ Sanctitatis* suæ, non potuit non per creationem hominum, tum intuitu Sui ipsius, tum intuitu hominum, intendere.
10. Vi enim *Sanctitatis* suæ, Deus Seipsum maxime amat: adeoque & finem, intuitu Sui ipsius, quærit, divinæ naturæ suæ, ejusque perfectioni, adeoque Majestati suæ, maxime convenientem: nihil vero convenientius Majestati suæ esse potest, quam *repræsentatio* ejus, per *creaturus*, eam agnoscentes ac celebrantes, facta vel facienda; in hac vero consistit *Gloria Dei*, ejusque *illustratio*; adeoque Deus,

Deus, intuitu Sui ipsius, non potuit non *Gloriam* suam ejusque illustrationem, ceu sum-
mum finem, per creationem hominum, in-
tendere.

11. Eandem ob causam, Deus non potuit non
etiam *Hominum* intendere *Salutem* ac *Felici-
tatem*, tanquam finem, naturæ humanæ, a
se conditæ, maxime convenientem, atque ad
promovendum summum Dei finem, puta Glo-
riæ divinæ illustrationem, apprime accommo-
datum. Cum enim Homines tali natura, ta-
libusque facultatibus sint instructi, ut, si de-
bita perfectione sua gaudeant, Majestatem
Dei possint agnoscere, atque sic Gloriam Dei
illustrare: nullum est dubium, quin Deus, vi
Sanctitatis suæ, etiam homines, ceu instru-
menta Glorii suæ, sanctissimo amore prose-
quatur, atque adeo, post Gloriæ suam, ni-
hil magis querat, quam *Hominum Salutem*
ac *Felicitatem*; eo quod hæc non solum na-
turæ humanæ maxime sit conveniens, sed &
eandem, ad Gloriam suam illustrandam, red-
dat idoneam: quid? quod Deus ipse, inten-
dendo ac promovendo *Salutem hominum*,
illusterrimum *Sanctitatis* ac speciatim *Boni-
tatis* suæ, edat documentum.

12. Cum autem Fines Dei, propter natura-
lem pariter ac moralem hominum a Deo de-
pendentiam, necessariamque voluntatis hu-
manæ cum voluntate divina unionem, etiam
sint Fines *Hominum*: manifestum est, eosdem
in hac Societate Divina communes Dei &
Hominum Fines esse. B 3 D 1 A 1 *** De

**** De *Subordinatione* autem horum *Finium* legi merentur verba *Theologi Gallici*, inferius allegati; ita sribentis: **LA GLOIRE de DIEV est notre unique derniere fin; & nous ne devons jamais cesser de l'envisager sous cette idee; non pas mème dans les moins importantes actions dela vie, I. Cor. X. 31.** Dieu veut pourtant, que nous nous proposions pourfin notre **PROPRE SALVT.** Nous remplissons exactement ces deux devoirs apparemment incompatibles, non pas en nous proposant la **GLOIRE de DIEV & NOTRE SALVT,** comme deux dernieres Fins collaterales, quoique d'un merite infiniment inegal; mais en subordonnant une de ces Fins a l'autre; & en considerant notre **SALVTE** comme un simple moyen par rapport a la **GLOIRE de DIEV,** ou comme faisans une partie considerable de la **GLOIRE de DIEV.**

14. *Unio voluntatis divinae & humanae,* ad communes hos fines promovendos, quam *Societas hæc* requirit, cum nihil aliud sit, quam *mutuus Dei & hominum amor*, qualis uno verbo *Amicitia* vocatur: patet, *Societatem Dei & hominum maximme*

13. *Præcogn. J. D. N. L. I. C. III. §. 3. seqq. add.*
LAMP. Theol. Nat. §. 329. Ill. WOLFF Disp.
de Philos. Præst. Univ. Propof. II. Theor. S.
Prop. 12. Theor. 6. Theol. Nat. P. I. §. 610.
ELIE SAVRIN Tr. de l' Amour de Dieu
P. I. Chap. 15. p. 185.

ine per Amicitiam inter Deum & homines
coli.

* Amorem esse affectum unionis, atque adeo ad unionem tendere cum objecto amabili, ad consequendum bonum, nemo negabit. Unde patet, unionem voluntatum ad commune bonum consequendum, in mutuo consistere amore.

15. Amicitia ergo cum Deo homini intercedens, ex parte Dei, consistit in Amore Dei, salutem hominis, gloriae suae illustrandæ causa, intendente ac promovente: ex parte hominis vero, in Amore ipsius erga Deum, gloriae divinæ illustrationem, & hujus gratia, suam quoque salutem intendente ac promovente.

* Scilicet mutuus Dei & hominis Amor id necessario efficit, ut alter alterius bonum promovere contendat. Atque adeo fieri nequit, quin Deus, hominum amans, non solum bene iisdem cupiat, sed & faciat, perpetuoque id agat, ut felices ac beatos eosdera reddat: Homo vero vicissim Deo placere, omniaque, quæ Deo grata, ac voluntati divinæ consentanea esse, intelligit, agere annitur. Unde intelligitur, Amorem Dei proprie consistere in propensissima Dei voluntate, seu benevolentia, qua Deus se cum homine unit, atque perfectiones suas, quarum homo capax est, cum eodem communicat, ut & ipse beatus fiat, &, in beatitudine sua, Deum glorificet.

Amor vero hominis erga Deum in quo consistat,

& quomodo per actiones, Deum glorificantes seculi exerat, atque hoc ipso simul salutem hominis promoveat, ex tradendis inferius de Religione patebit.

16. Sicuti autem ex mutua inter Deum & homines relatione, vi cuius Deus est Imperans, homine infinitis modis superior; homo vero eidem subjectus, multo inferior, liquet, *Societatem Dei & Hominum* esse inæqualem: ita ex eadem ratione simul facile intelligitur, *Amicitiam* quoque inter Deum & Homines esse maxime inæqualem.

17. Sed cum nihilominus mutuus inter Deum, licet Imperantem, & Hominem, licet subjectum, *Amor* intercedat, dum alter alterius finem, i. e. bonum, promovere studet: intelligitur quoque, hanc inæqualitatem non impedire, quo minus hæc unio *Amicitia* maneat.

18. Denique ex his omnibus, probe subductis rationibus colligitur, *Regnum* hoc *Dei* revera esse *Regnum* mutui *Amoris*: atque adeo & *Imperium* Dei in homines nil nisi amorem Dei erga homines, ejusdemque documenta, beneficia divina, spirare; & *Religionem* quoque ab omnibus per amorem erga Deum maxime coli & exerceri.

TIT.

TIT. II.
DE RELIGIONE VNITERSIM.

I.

RE LIGIO mihi est obligatio ratioque amicitiam cum Deo colendi, ex agnitione Dei, relationisque hominis ad Deum, enata, ad Gloriam Dei illustrandam, humanaunque salutem, ejusdemque causa promovendam, directa.

* Fundamentum ergo Religionis est Societas inter Deum & homines, ex hominum a Deo dependentia potissimum enata; uti ex dictis superius liquet.

2. Complectitur ergo RELIGIO, in latiori sensu, & NOTITIAM DEI & CULTVM DEI.

3. NOTITIA DEI & existentiæ Dei, & naturæ divinæ, ex attributis Dei colligendæ, cum primis Majestatis divinæ, tam absolute, quam relative, in ordine ad homines, spectatæ, & operum divinorum, inde procedentium, cognitionem, involvit.

* Hæc fundamentum Cultus Divini merito censa, & in praxi perpetuo cum eo conjungenda: quoniam Deum, quem ignoramus, neutquam recte colimus; quo magis autem Deum, ejusque Majestatem, ac relationem, inter Deum & homines intercedentem, agnoscamus, eo magis ad amicitiam cum Deo colendam reddimur idonei.

B 5 4. CUL-

4. **CVLTVS DEI** est officium erga Deum, quod actionibus, ex amore Dei profluentibus, & ad gloriam Dei illustrandam tendentibus, absolvitur. Unde hic, ratione principii spectatus, dicitur **AMOR DEI**, ratione finis vero & effectus, **HONOR DEI**. Ut adeo Colere Deum, idem sit, quod amare Deum, & honorare Deum.

* Fundamentum obligationis ad colendum Deum, est *justum* Dei in homines *imperium*, cum *potentia* conjunctum; vi cuius Deus jure optimo non solum ab hominibus exigit honorem, sibi, ceu Imperanti debitum, sed etiam per *præmia* & *pœnas* eosdem, ad edendas actiones, Gloriam Dei illustrantes, omittendas vero contrarias, compellere valet.

5. Cum actiones, gloriam Dei illustrantes, atque adeo amoris erga Deum indices, vel *internæ* esse possint, vel *externæ*: hinc **CVLTVS** Dei non incommode in *Internum* & *Externum* dispescitur.

6. **CVLTVS** Dei **INTERNVS** constat actionibus mentis *internis*, puta cogitationibus *intellectus* & motibus *voluntatis*, ex amore Dei profluentibus, atque ad gloriam Dei illustrandam, *amoremque* ipsius nobis conciliandum, idoneis.

7. Consistit ergo, ratione principii, in **AMORE** Dei, ejusque *exercitio interno*, per varios actus modosque, pro diversa Dei ad hominem, & hominis ad Deum relatione, diversimode se exerente, & hinc variis nominibus insignito.

8. Est

8. Est autem AMOR DEI, seu, erga D E M, generatim nihil aliud, nisi propensissima hominis in Deum voluntas, id unice intendens & querens, quod Deo gratum esse, atque adeo & ad Gloriam ipsius illustrandam, & hujus gratia, hominis quoque salutem promovendam, facere possit.

9. Cum autem Deus sit Ens summe Perfectum, summeque Bonum: hinc & AMOR DEI, ut objecto suo sit conveniens, Deoque gratus, ex lege naturali, perfectus; adeoque & summus, & plenissimus, & intensissimus, sit oportet.

10. Exerit autem se AMOR DEI 1.) per cogitationes intellectus, hunc, ad Deum sibi recte representandum, impellendo: 2.) per motus voluntatis, representationi tali conformes.

11. Hinc, intuitu Intellectus, tria Amoris officia nascuntur, omnes reliquas Amoris species vel præcedentia vel comitantia: nempe, DEVOTIO, STUDIOSITAS SACRA & OBSERVANTIA SACRA.

* 1. DEVOTIO est pia mentis ad Deum, res que divinas, attentio, vel pia rerum divinarum meditatio, ad Deum sibi recte representandum, atque convenientes amoris motus, in honorem Dei, sibi excitandos, directa.

2. STUDIOSITAS SACRA est studium, veriorum perfectioremque Dei, rerumque divinarum, cognitionem acquirendi, adeoque ad Majestatem Dei sibi aliisque rectius representan-

sentandam, rectiusque Deum colendum, se-
se idoneum reddendi.

3. OBSERVANTIA SACRA est studium, opera
Dei beneficiaque devota mente considerandi,
atque ex illis admirandas amabilissimasque
Dei perfectiones & virtutes colligendi, sibi-
que repræsentandi, ad novos amoris motus
in se excitandos, novamque illustrandæ glo-
riæ divinæ materiam nanciscendam.

12. Cum porro Deus ab Intellectu tri-
plici potissimum modo repræsentari pos-
sit; 1.) ut Ens *Summe Perfectum*; 2.) ut
Summum Bonum nostrum, atq; *Auctor omnis*
Felicitatis nostræ; 3.) ut *Summus Imperans*
noster: hinc triplicis generis AMOR erga
DEVVM, huic repræsentationi conformis,
enascitur; 1.) Amor VENERATIONIS,
2.) Amor UNIONIS & CONCUPISCEN-
TIAE, 3.) Amor OBEDIENTIAE.

* 1. Amor VENERATIONIS Deum, propter
agnitam summam ipsius perfectionem, super
omnia estimat, summumque Majestati ipsius
honorem, submissa mente exhibet.

2. Unde & profuit GLORIFICATIO DEI, qua
agnitas, & in operibus beneficiisque divinis
observatas perfectiones ac virtutes Dei, de-
vota mente admiramur, atque condignis lau-
dibus evehere conatur.

3. Amor UNIONIS sive AMICITIAE est, quo
cum Deo, tanquam summo Bono nostro,
per mutuum amorem, arctius nos unire, atque
adeo amicitiam ejus magis magisque nobis con-
ciliare,

ciliare, inque eodem unito, amicitiaque ejus, cum voluptate, acquiescimus.

4. Amor CONCUPISCENTIAE, vel, si mavis, FIDUCIALIS, est, quo a Deo, seu fonte omnis boni, & auctore omnis felicitatis nostra, omnia bona, ad salutem nostram necessaria vel utilia, expetimus atque expectamus, idque, ut idonea gloriae divinae illustrandæ instrumenta siamus.
5. Sed cavendum, ne hic in philavtiā perversam, aut idololatriam sui degeneret; adeoque amori *Venerationis* subordinandus: neque adeo felicitatem nostram plus, quam Deum, Deumque propter felicitatem nostram tantum, sed felicitatem nostram propter Deum, gloriamque Dei, amare fas erit.
6. Fluunt ex hoc Amore 1.) PRECES internæ, sive desideria, quibus a Deo bona auxiliave, ad salutem nostram necessaria vel utilia, expetimus; 2.) FIDUCIA, sive SPES, qua bona, quæ petimus, a summa Dei bonitate. sapientia & potentia, certo, nobis pollicemur; 3.) GRATITUDINE SACRA, seu amor, beneficia divina grato agnoscens animo.
7. Amor OBEDIENTIAE est, quo voluntatem nostram voluntati Dei, tanquam Imperantis nostri, in agendo & patiendo, conformare, adeoque Legibus divinis obsequium præstare conamur. Cujus comes est TERROR DEI REVERENTIALIS, metuens, ne Deum,

Deum, obsequii neglectu, offendamus, adeoque amore Dei indignos nos reddamus.

13. CULTVS Dei EXTERNVS interni documentum & significatio est: atque adeo signis constat externis, nimirum verbis, factis, gestibus, amore erga Deum, venerationem, fiduciam, obedientiam ac timorem, convenienti ratione declarantibus.

14. Cum autem Signa hujusmodi Cultus interni vel *naturalia* & *communia*, vel *arbitraria*, specialibus plerumque *institutis* innixa: hinc *Cultus Externus* in *Naturalem* sive *communem*, & *Institutum* sive *Peculiarem*, dispisci potest.

15. *Cultus Externus Naturalis & Communis* est, qui signis constat naturalibus, ex interno cultu naturaliter fluentibus, atque adeo talibus, quæ omnibus, vel saltem plerisque, gentibus sunt communia.

16. Ad hunc ergo sequentia spectant officia: ADORATIO, CELEBRATIO DEI EXTERNA, PRECATIO EXTERNA sive INVOCATIO DEI, GRATIARVM ACTIO SACRA, denique OBEDIENTIA DEI EXTERNA.

* 1. ADORATIO est actio, qua internam devotionem ac venerationem Majestatis divinae, per varios actus gestusve exteros, ad devotionem ac submissionem compositos, significans.

2. CELEBRATIO Dei, sive LAVDATIO EXTERNA, est actio, qua summas Dei perfectiones

ctiones & virtutes excellentissimas, ex operibus Dei maxime eluentes, verbis ore prolatis, deprædicamus, summisque in cœlum laudibus extollimus.

3. PRECATIO EXTERNA, seu INVOCATIO DEI, est actio, qua Deum devota mente & cum fiducia, per verba externa, imploramus, ut bona, nobis vel aliis necessaria aut utilia, largiri, mala vero avertere velit.

4. GRATIARVM ACTIO SACRA est actio, qua gratum pro beneficiis animum erga Deum convenientibus verbis declaramus, Deumque adeo etiam hoc nomine laudamus.

5. OBEDIENTIA Dei EXTERNA est actio, qua obsequium, legibus divinis debitum, ipso opere, in officiis erga nosmet ipsos, & erga alios, demonstramus.

17. Est porro Cultus hic NATURALIS, vel *Directus*, qui constat actibus honorificis, directe Dei colendi causa susceptis: vel *Indirectus*, qui consistit vel in omissione contemptus Dei externi, vel in reverentia erga Deum, in aliis etiam negotiis externe significata; quo spectat consideratus & reverentialis de Deo Sermo, nec non consideratus & reverentialis Juramentorum usus.

18. Cultus *Institutus* sive *Peculiaris* est, qui specialibus nititur institutis, ex arbitrio Dei, vel hominum, idque, vel boni ordinis ac decori gratia, vel specialiores ob causas, introductis: atque adeo plerumque cer-

certis constat *ritibus & ceremoniis*, ad certum quoque *locum & tempus* alligatus esse solet.

19. Facile autem intelligitur, cum *Cultus externus* signis constet *cultus interni*, illum sine hoc non esse cultum Dei; adeoque *internam* mentis pietatem, *devotionem*, *amorem*, *venerationem*, *fiduciam*, *reverentiam*, erga Deum, perpetuas *externi* cultus, ex lege Dei naturali, comites esse debere.

20. Ceterum dubitari nequit, quin Deus vel a *Singulis* seorsim coli possit; vel ab *Universitate* quadam, sive *pluribus* hominibus, Dei conjunctim colendi, religionis, unitis viribus & actionibus exercenda causa, consociatis: Qualis *Universitas* sive *Societas* in S. Codice *ECCLESIA* vocatur; de qua deinceps ex instituto.

21. Est porro *Cultus Externus* vel *Publicus*, ubi Deus ab universitate publice probata, cum solennitate, publico in loco, statisque temporibus, publica auctoritate colitur: vel *Privatus*, ubi Deus vel a singulis vel ab universitate, publica auctoritate haud munita, neque adeo cum publica quadam solennitate, colitur.

22. Unde intelligitur, *Cultum publicum* nonnisi in *Societate civili* locum habere, atque *Summae Potestatis* auctoritate nisi: *privatum* vero cultum, tam in *statu naturali*, quam in *statu civili*, locum invenire.

23. Por-

23. Porro **RELIGIO**, ratione principii cognoscendi, vel *Naturalis* est, quæ ex lumine naturæ cognosci potest; vel *Revelata*, quæ non nisi ex speciali Dei revelatiōne innotescit.

24. Sed an *Religio naturalis* sufficiens sit, ad amicitiam cum Deo recte colendam, salutemque perfectam ac aeternam homini procurandam? annon vero & *Revelata Religio* necessaria sit? merito queritur.

25. Evidem si *Religio naturalis* perfecta foret, omniaque quæ Religionis naturalis leges ab homine exigunt, perfecte ab eo observari ac praestari possent; si amor erga Deum perfectus, si conformatio voluntatis humanæ cum divina, si obedientia, legibus divinis debita, perfecta omnibusque numeris absoluta foret: quæstio prior affirmari, posterior negari posset.

26. Sed cum & *notitia* & *amor* Dei, & cum primis *obedientia*, legibus Dei naturalibus debita, maxima *imperfectione* laborent; quippe quod ipse sensus & conscientia nos admonet:

27. Hinc nemo, sola *Religione naturali* fatus, de amicitia DEI certior esse, perfectaque felicitate, cum primis tranquillitate animi, saltem in hac vita, gaudere, multo minus certam *futuræ vitæ felicitatem* sibi polliceri poterit.

28. Facile enim, ex indole *Justitiae DEI Vindicativæ*, colligimus, multimodas le-

gum divinarum *transgressiones*, ex pravis cupiditatibus nostris enatas, non amicitiam **D E I** & felicitatem, sed potius *odium D E I* & *pænas*, seu infelicitatem, ac aternam a **D E O** separationem, promereret: nec tamen medium idoneum ac sufficiens, **D E V M** placandi, amicitiamque ipsius nobis reconciliandi, in religione naturali invenimus.

* *Justitia D E I Vindicativa* Satisfactionem requirit, læsa Majestatis divinæ causa, ei convenientem: quæ non alia re obtineri potest, nisi perfecta peccatorum, quibus Majestas divina læsa est, *Expiatione*. Nimirum Læsio Majestatis Divinæ maxime in contemtu illius Majestatis, ad cuius gloriam illustrandam homo creatus & obligatus est, consistit, atque per neglectum obsequii eidem debiti, sive transgressionem Legum divinarum, verbo, peccata, sese exerit; adeoque non potest non conjuncta esse cum aversione a **D E O**, vinculum unionis & amicitiae inter **D E V M** & homines dissolvente. Cum autem Majestati divinæ nec damnum per peccata inferri, neque adeo satisfactio prædicta in reparacione damni consistere queat: reliquum est, ut damnum inde redundet in ipsum peccatorem, atque adeo is, vi justitiae divinæ, puniatur per idem illud malum, per quod peccavit, nempe aversionem ac separationem a **D E O**. Unde consequitur, *Expiationem* criminis læsa Majestatis divinæ non in alia re consistere posse, nisi in passione omnium

omnium malorum, quæ ex aversione a D E O profluunt. Qualis non potest non esse perpetua, quamdiu nullum invenitur medium, conjunctionem amicitiamque cum D E O redintegrandi.

29. Hinc etiam partem religionis nostræ, esse, ut *Revelatam* quæramus religionem, quæ remedia tantis malis pœnisque promeritis afferat, amicitiamque divinam, & certam felicitatis perpetuæ spem, nobis conciliet, haud difficulter intelligimus.

30. *Revelatam* hujusmodi Religionem, quæ hæc omnia nobis largiatur, invenimus in *Sacro Codice Veteris & Novi Testamenti*, ut vocatur, a variis auctoribus, ex divina inspiratione, conscripto.

31. In hoc enim Codice Sacro non solum origo omnis imperfectionis & corruptelæ naturalis in homine deprehendendæ, quæ omnem D E I cultum imperfectum, hominemque, ad perfectam cum D E O amicitiam colendam, salutemque suam promovendam, ineptum reddit, reperimus.

32. *Lapsum* nempe primorum hominum, & hinc natam aversionem hominum a D E O, D E I que ab homine, in posteros, per labem originariam, propagatam, peccatisque propriis cumulatam; atque adeo justa a D E O, justo Judice, condemnatio hominis lapsi ac delinquentis ad mortem; summaque hominis miseria atque æterna infelicitate inde metuenda.

C 2 33. Sed

33. Sed & *media reconciliandi* nobis
DEVM, ejusque amicitiam, idonea & suffi-
 cientia, ac fatisfaciendi l*æst*e, per lapsum
 & peccata hominum, Majestatis, cumpri-
 mis sanctitatis & Justitiae, divinæ, atque
 expiandi tollendique poenam mortis pro-
 meritam, vitamque ac salutem æternam,
 per *Messiam*, seu *Christum*, Θεόν θρωπον, ceu
 Mediatorem inter *DEVM* & homines, in
 V. T. promissum, in N. T. datum ac na-
 tum, per verbum Evangelii & miracula,
 præsentem demonstratum, consequendi.

TIT. III.

DE ECCLESIA VNIVERSIM.

I.

ECCLESIA generatim est *societas*, sive
universitas hominum, *religionis conjun-*
cum exerceundæ, *salutisque suæ per eam pro-*
movendæ causa, *idque secundum modum a*
Deo revelatum, inita.

* Not. Ecclesiæ vocem, a Græca voce, ἐκκα-
 λεῖν evocare, ortam, generatim *Evocatio-*
nem, sive *cætum evocatum*, denotare : Ean-
 dem, in Democratis Græcis adhibitam, *conven-*
tum designasse populi, voce præconis, ad au-
 scultandum, consultandum, decernendum, *evo-*
catum: In S. Scriptura vero, in materia reli-
 gionis,

Conf. P. V. F. de *Hab. relig.* §. 30. VITRINGA de
Synag. Jud. L. I. P. I. C. 1. n. 88. III. BOEH-
 MER de *Jure Paroch.* L. I. C. 1. §. 2.

gionis, hoc nomine venire cætum hominum,
religionis vinculo colligatum, ejusdemve exer-
cenda causa congregatum.

2. Evidem Deum a singulis quoque re-
ste coli posse, non dubitandum: eo quod
religio sua natura non nisi ad Deum rela-
tionem habeat, homoque, intuitu religio-
nis, in societate cum Deo proprie consti-
tutus sit; neque adeo indoles religionis in
se considerata exigere videatur, ut socie-
tas, ejus exercenda causa, cum hominibus
necessario ineatur.

3. Attamen non solum status hominum
corruptus, sed & religionis indoles, So-
cietatem quandam hominum, religionis
exercenda causa, utique exigere videtur.

4. Cum enim homo in *statu* suo *corrupto*
multimoda labore imperfectione intelle-
ctus pariter ac voluntatis, atque adeo in-
stitutione opus habeat, ut & notitia Dei im-
buatur, & de modo Deum colendi edo-
ceatur, quod absque aliorum hominum
auxilio fieri nequit: facile intelligitur, So-
cietate quadam hominum opus esse, ut re-
ligio recte exerceri queat.

5. Auget necessitatem societatis hujus-
modi religiosæ *Religionis revelatae* neces-
itas & indoles. Cum enim ratio sibi reli-
cta ignoret & modum, quo Deus, ejus-
que amicitia, per lapsum & peccata amis-

C 3

fa,

sa, reconciliari queat, & quomodo Deus coli velit, idque adeo nonnisi ex revelatione divina cognoscatur; hæc vero per homines fiat, quorum ministerio Deus, ad voluntatem suam hominibus patefaciendam, utitur: fieri nequit, quin hoc patet *Societas* quadam, puta, inter *Docentes* & *Discentes*, sive, *Doctores* & *Auditores*, oriatur.

6. Accedit & hoc, quod, ex ordinazione divina, varia accesserint *Instituta*, ad externum religionis revelatae exercitium necessaria, quæ sine aliorum hominum auxilio & ministerio ad effectum perduci nequeunt; atque adeo consociationem utique exigunt.

7. Denique negari nequit, felicius itidem procedere cultum Dei, in congregatiōne plurium conjunctū exercitū, ubi plures uno ore Deum celebrant, plures unitis animis & viribus preces ad Deum fundunt, sed & alter alterum admonitione & exemplo ad fidem & pietatem excitat.

8. Sed, pro diversitate religionis revelatae, diversimode a diversis populis, diversoque tempore, ex præscripto divino, exercitæ, diversæ enatæ sunt Ecclesiæ: Quo nomine celebrata in primis **IVDAICA** & **CHRISTIANA**.

9. Illa, a Populo Judaico ita dicta, Deum, secundum Leges Mosaicas huic populo divinitus latus, per certos ritus ac ceremonias,

monias, coluit, ac, per fidem in Messiam adventurum, salutem consequi speravit: atque adeo, post adventum Messiae, cessavit.

10. *Hæc vero, a Christo & Apostolis fundata, secundum doctrinam Christi, Deum colit, atque per fidem in Christum, ac media a Christo instituta, salutem suam curare ac promovere conatur.*

11. *Utraque specialem hic meretur considerationem, eo quod altera alterius typus, alteraque ex altera prognata fuerit, utraque etiam uno eodemque salutis fundamento, Messia, innixa, qualibet tamen diverso gravisa regimine fuerit.*

12. *Sed prius tamen opera pretium erit, naturam & indolem religiosæ hujusmodi societatis, regimenque ejus, ex generalibus demonstrata principiis, universim considerare.*

ART. II. DE INDOLE ET REGIMINE ECCLESIAE UNIVERSIM.

13. *Societas hujusmodi Religiosa, quæ ECCLESIA nobis salutatur, vel secundum statum suum internum, vel secundum statum externum considerari potest.*

14. *Priori modo considerata, quatenus scilicet membra ejus internis mentis actionibus, voluntati divinae conformibus, Deum colunt salutemque suam promovere student, adeoque ipsis mentibus, cum Deo*

& inter se, per sincerum amorem, unita sunt; **INTERNA & INVISIBILIS** dicitur Ecclesia.

15. Atque hujusmodi Ecclesia sua natura non potest non esse *una, sancta & catholica*.

16. *Una*, cum omnia & singula ejus membra, religionem sincera mente exercentia, hoc modo unita sint, ut unum veluti *Corpus* mysticum, sub Capite suo, Deo, vel Messia, constituant.

17. *Sancta*, cum supponantur membra ejus sincera mente, actionibus, voluntati divinae conformibus, Deum colere; quales conformitas actionum humanarum cum voluntate divina sanctitatis vera character est.

18. *Catholica* denique, sive *Universalis*, cum omnes homines, pia hujusmodi sinceraque mente, actionibusque voluntati divinae conformibus, Deum colentes, salutemque suam procurantes, cuiuscunque gentis sint, & in quacunque terra degant, ejusdem membra sint.

19. Posteriori ratione spectata **VISIBILIS** dicitur Ecclesia, estque *societas externa*, sive *universitas hominum*, religionem externis exercendi actionibus, & internam eternamve animae salutem, per externa media, promovendi, causa coëuntium, certis hoc nomine institutis

Conf. III. BOEHMER J. Paroch. S. I. C. II. §. 3.

situtis ac ordine certo, ex pactis, vel legibus, utens.

20. Atque *hec sola*, ubi de Regimine illius, quo exercitium religionis externum, negotiaque ejus ad fines suos, secundum certas leges dirigi debent, quidque justum vel injustum in causis ecclesiasticis sit, definiendum est, in censum venit.

21. *Finis*, ad quem omnia in Ecclesia & externo religionis exercitio sunt dirigenda, isque proximus atque proprius, est **SALVS ECCLESIAE**, quæ iterum vel *hujus* est, vel *futurae* vita: Hanc ipsa beatitudo *eterna* absolvit.

22. Illa iterum vel *interna* est, quæ in amicitia ac unione cum Deo perfidem in Christum, speque beatitudinis aeternæ, & lœta animi tranquillitate inde enata; vel *externa*, quæ in bene ordinato ac decoro religionis exercitio, ejusdemque flore haud

C 5 impe-

Conf. III. BOEHMER *J. Paroch.* l. c. §. 5. *Inß.*

J. Canon. L. 1. Tit. 1. §. 4. uti paulo aliter quidem, sed tamen eodem fere sensu, Ecclesiam externam definit.

21. 22. Conf. III. BOEHMER *Diss. Prælim. Juri Ecclesiæ* præmiss. de *suprema Lege Ecclesiæ*. §. 7. 10 seqq. ubi *Salutem Ecclesiæ* potissimum *interna* constitui *unione in Deum*, edifferit. III. FLOERCKE *Prænot. Jurispr. Ecclesiæ*. §. 15. ubi, finem *Jurispr. Eccl.* statuit *Salutem Ecclesiæ* *externam*. Add. *Obſ. ad SCHILT. J. Can. L. 1. T. 1. §. 2.*

impedito, consistit. Et *haec* quidem in Jure Ecclesiastico maxime attendenda, nec tamen *illa* proflus excludenda videtur.

23. Remotior quidem, idemque communis, finis, *Salus est Republicæ*: quippe quæ per veram religionem salutemque ecclesiæ non parum promoveri, saepe etiam per sinistrum religionis Zelum impediri potest; unde & illius ratio, in Reginine potissimum Ecclesiæ, (de quo mox) prudenter habenda erit.

24. VISIBILIS Ecclesia porro diversimode spectari potest: 1.) *absolute & in se*, 2.) *relative in ordine ad Republicam*, ejusque vel *Caput*, vel *Membra*.

25. *Absolute & in se* eadem iterum *triplici* modo considerari potest: (1.) Quatenus est cœtus hominum, Deum pariter colentium, pariterque salutem suam promovere satagentium: & hactenus maxima omnium & singulorum est *æqualitas*, nullaque adeo alter præ altero hac in parte gaudet prærogativa; atque hinc non nisi laxior inter tales est *Societas*.

26. (2.) Quatenus homines in Ecclesia consociati, secundum modum a Deo revelatum, Deum colere, suamque salutem promovere debent: quocirca differentia eorum exurgit, quod alii sunt **DOCTORES** aut *Sacra administrantes*; alii **AUDITORES**, atque *Sacrorum* hujusmodi *participes*.

27. Qualis differentia facile inde enascitur,

tur, quod vel modus iste, quo Deus coli, salutemque suam ab hominibus promoveri velit, non omnibus sit cognitus, adeoque ab aliis, quibus Deus eum revelavit, ceteris tradi debeat; vel etiam in modo isto sacra occurrant, qua non nisi a certis personis peragi, aliisve administrari queant: Atque sic Ecclesia Societatem refert inter *Doctores Ministrosve Ecclesiae, & Auditores, sacrorum participes*; quam tamen non nisi æqualem esse, ex indole ejus facile intellegitur.

28. (3.) Quatenus actiones hominum, in Ecclesia viventium, ad communem Ecclesiarum salutem dirigenda sunt: quo intuitu Ecclesia REGIMINE quodam opus habet, atque sic naturam Collegii, sive Universitatis, induit.

* Ex Regimine differentiam, Collegiorum & Universitatum a Societatibus proprie stricteque dictis intelligi, erudite observavit HYBERVS L. 2. de Jure Civit. Cap. II. §. 19. Add. L. 1. S. IV. C. I. §. 31. 36. PVFEND. de Habitū Relig. §. 39. seqq. Ill. BOEHMER J. Paroch. Seçt. I. C. II. §. 19. Diss. de Lege Eccles. §. 8.

29. REGIMENTUM istud, quod & *Disciplinæ Ecclesiasticæ* nomine in latiori sensu venit, sua natura proprie consistit partim in *Directione* negotiorum, ad externum religionis exercitium spectantium, secundum certam normam, ad communem Ecclesiarum finem:

nem: partim in *Coercitione* membrorum, a norma deflectentium.

30. *Dirección* hujusmodi iterum involvit (1.) *Normae* sive *Regularum* præscriptio-nem; (2.) *Inspectionem* in actiones & mo-res membrorum, an normæ congruant; (3.) *Electionem Personarum*, quibus offici-um quoddam sive ministerium, vel circa exercitium religionis, vel circa regimen ecclesiæ, conferendum est; 3.) *Admini-strationem bonorum Ecclesiæ*, ejusve di-rectionem.

31. *Coercitio* prædicta, quæ & *Disciplina Ecclesiastica* in strictiori sensu appellatur, in-volvit (1.) *Censuram* quandam morum & actionum irregularium, prævia inspectione earum, suscep-tam, quæ in *judicio* de ir-regularitate hujusmodi actionis aut moris, cum *reprehensione* nonnunquam, sive *ob-jurgatione*, interdum & *comminatione* ex-clusionis ab Ecclesia, vel sacrис, conjuncta.

32. (2.) *Excommunicationem*, sive exclu-sionem ab Ecclesia, vel usu sacrorum, eam-que vel partiale, vel totalem, vel tem-poralem, vel perpetuam.

33. *REGIMENTUM* istud Ecclesiæ vel *absque Imperio* exerce-tur, vel *cum Imperio*.

34. *Prius fit*, ubi Ecclesia extra *Rempu-blicam* existit, vel ab ea negligitur, premi-tur, vel pro collegio illico habetur.

35. Atque tunc Ecclesia vel *Ipsa regi-men* istud exerce-t, in *conventibus* hoc no-mine

mine instituendis, ubi per unanimia, aut majorem suffragiorum partem, conclusa, sua, sive decreta, format: vel per *alios*, ad hoc constitutos, quibus, cum *officio*, ab Ecclesia collato, simul *potestas*, negotia Ecclesiastica dirigendi, atque inspectionem in Ecclesiam, ejusque membra, exercendi, & irregulares coercendi, concessa est.

36. Atque hi vel ut *singuli* hujusmodi officium ac potestatem exercent: vel ut *collegium*, Ecclesiam ipsam quodammodo representans. Nunquam vero, per modum imperii, cum potestate propria membra ecclesiae cogendi aut puniendi conjuncti, regimen istud exerceri poterit.

37. Ceterum quin Ecclesia, quatenus hæc ut Collegium consideratur, libertate hujusmodi gaudeat, ut de rebus suis ipsa consultare, & quid e re sua videatur, collatis suffragiis decernere ac definire queat, non dubitandum; quod hoc ex natura collegii, ac libertate naturali, eidem, quatenus non restricta est, competente, haud dubie fluat: quamvis Respublica etiam limitibus quibusdam hanc libertatem circumscribere possit.

38. Quodsi plures dentur Ecclesiæ particulares, intervallis quidem locorum disjunctæ, una tamen eademque religione unitæ: diversa obtinere poterit ratio, negotia Ecclesiæ curandi, atque ad communem salutem dirigendi.

39. Ni-

39. Nimirum quæ singulas ecclesias concernunt, a qualibet Ecclesia signatim curari, atque singulorum membrorum, vel nonnullorum, cetera representantium, pacto decretive determinari possunt.

40. Quæ vero ad communem omnium Ecclesiarum salutem spectant, veluti communem doctrinam, vel communem cultus divini exercendi modum, ritusve illius ac ceremonias, aut bonum ordinem in Ecclesia servandum; ea per Synodos, sive Conventus, ex deputatis singularum Ecclesiarum, una religione unitarum, commode expedientur.

41. Quodsi jam Ecclesiam in ordine ad Societatem Civilem, sive Rempublicam, consideres, in qua existit: dubitari nequit, quin eadem, cum imperio ipsa nullo gaudeat, & nihilominus in Republica existat, tanquam membrum ejus, Capiti quoque Reip. ejusque imperio, æque ac reliquæ universitates in eadem existentes, subiectas: nimirum quatenus religionis indoles admittit, neque exemptione docetur.

42. Quodsi & ipsum Caput Reip. seu Imperans,

38. - 40. Conf. III. BOEHMER. Inst. Jur. Can. §. 9.

42. Conf. PUFEND. de Habit u relig. §. 41.

CARPZ. J. E. L. 1. D. 2. III. BOEHMER J.

Eccles. Protest. L. 1. Tit. XXXIII. §. 27. J.

Patoch. S. I. C. II. §. 30. TITIA J. Priv.

L. 9. C. I. §. 28.

perans, membrum sacri ejusmodi Collegii, seu Ecclesiæ, fiat, non ut Imperans, sed ut æquale membrum, in ea considerabitur, nec plus inde potestatis in illam nanciscetur, sed ipse etiam institutis ejusdem obnoxius erit; licet ut *Imperans* imperium in eam exerceat.

* Dic. de triplici Statu, *Ecclesiastico*, *Politico* & *Oeconomico*, secundu vulgarem opinionem, sub Ecclesia comprehenso.

43. Ceterum Ecclesia in Republica existens, atque ad Imperantem ejus relata, vel *Publica* esse potest, vel *Privata*:

44. *Publica* dicitur, quæ publica Imperantis auctoritate & approbatione nititur, atque adeo publico religionis exercitio gaudet, ceterisque collegii licti publice que probati juribus fruitur, ejusdemque Imperantis potestate legislatoria & judiciaria dirigitur.

45. *Privata* vero, quæ a Republica ejusque Imperante negligitur, vel etiam premitur; adeoque pro collegio illicito habetur, nec nisi privato, imo clandestino, religionis exercitio uti audet, atque adeo semetipsam regere, negotiaque sua ac salutem suam curare cogitur

46. Quod-

43. - 45. Conf. Ill. BOEHMER *J. Paroch.* S. I. C. II. §. 5. - 7. *Jur. Eccles. Protest.* L. 1. Tit. XXXIII. §. 22. - 26. *Inst. J. Can.* I. c. §. 8. 10. Ill. FLOERCK. *Prænor. Jurispr. Eccles.* §. 10.

46. Quodsi denique Ecclesiam, ceu *membrum* Reip. intuitu aliorum *membrorum* consideres, itidem non dubitandum, quin eadem, tanquam persona moralis, æque ac reliqui cives, suis in Republ. juribus, communibus, vel peculiaribus, gaudere queat.

TIT. IV.

DE ECCLESIA VETERIS TESTAMENTI PATRIALCHALI ET JUDAICA.

ART. I. DE ECCLESIA PATRIALCHALI.

I.

Eccllesia *Judaica* ex *Patriarchali* enata est: Proinde hujus ratio prius breviter spectanda.

2. **PATRIARCHALIS** Ecclesia a *Patriarchis*, i. e. Capitibus Familiarum, in quibus vera religio ab *Adamo* usque ad *Noachum*, a *Noacho* usque ad *Abrahamum*, & ab *Abrahomo* usque ad *Mosen* floruit, ita salutata est.

3. Ecclesiam hanc Deus sibi constituit per *Fædus Gratiae*, cum Patriarchis istis initum, ac subinde renovatum: quippe quo & **MESSIAM**, Deum hominibus reconciliaturum, atque ab æterna mortis pœna, peccatis promerita, eos liberaturum, promisit; & vicissim sibi officia certa præstanta, tanquam conditiones foederis, ab illis stipulatus est.

* *Fœ-*

Conf. TITII J. Priv. d. L. 9. Cap. XVII.

3. V. GVRTLER Inst. Theol. Cap. XXII. §. 26. 30.

* Nimirum placuit Deo T. O. M. homines, jure naturali jam supremo ipsius Imperio subiectos, sed per lapsum Protoplastorum ab ipso aversos, & in rebelles veluti conversos, denuo foedere, ex gratia mera cum illis inito, sibi subjecere, imo certum ex humano genere Populum sibi eligere, atque adeo peculiare in illis Regnum erigere: cuius fundamenta in Ecclesia hac Patriarchali, jacta, atque iterato subinde foedere, deinceps firmata sunt.

4. Facile autem intelligitur, non sine speciali *revelatione* hanc Dei voluntatem, de foedere cum hominibus ineundo, hujusque conditionibus, iisdem innotuisse.

5. Quæ adeo diversimode diversis temporibus facta est: ita quidem, ut initio sapientie ipse **FILIVS DEI**, ceu *Verbum Dei* substantiale, atque *Angelus fæderis*, Internunciū munere, in variis apparitionibus functus sit; deinceps vero idem per homines, *Prophetas dictos*, cum hominibus egerit, atque sic, horum ministerio, voluntatem Dei benevolam de Fœdere hoc gratia sensim

D

3. v. B. BVDDEI *Compend. Inst. Theol. Dogmat.* L. 4. C. I. §. 5. seqq. ubi de *Fædere Gratiae*, a Deo cum hominibus inito, ex instituto. GVRTLER *Inst. Theol. Cap. XXII.* §. 26. 30.

5. v. WITSII *Miscell. Sacr. L. 1 de Prophetis & Prophetia.*

sim sensimque clarius hominibus manifestaverit.

6. Officia autem, ex fœderis lege, præstanta, non alia esse potuerunt, nisi fides in promissum Messiam, indeque promanans *cultus* Dei: qui in Patriarchali hac Ecclesia simplicior adhuc fuit, atque in fidei & amoris, cum primis obedientia erga Deum, documentis potissimum constituit.

7. Sola *Sacrificia*, ab initio seculi, forte non sine divino nutu, introducta, tanquam cultus externi ritus, in usu erant: quæ, ceu symbola, per mactationem victimæ, & effusionem sanguinis ejus, mortem Messiae & effusionem sanguinis ejus, quibus peccata hominum expiari debeant, præfigurantia, futuram generis humani redemptionem repræsentabant, & ad eam fide amplectendam veluti ansam præbebant.

* *Sacrificia* an divinis, an vero humanis institutis, accepta ferenda?

8. Accessit dein *Circumcisionis* sacramentum, ceu perpetuum fœderis cum Deo initi symbolum, Abrahamo & posteris ejus injun-

7. V. PUFENDORFF de *Habitu Religionis ad Statum* §. 8. KRESS in *Comment.* ad h. §. n. 2.

3. 4. 5. 6. WITSII *Miscell.* S. L. 2. *Diff.* II. de *Sacerd.* *Aaron.* & *Christi* §. 1. seqq. S. 11. GVRTLER I. c. §. 80. 81. 82.

8. *Genes.* XVII. 10. seqq. GVRTLER *Inst. Theol.* C. XIX. §. 72. seqq. KRESS ad *EVE.* §. 9. n. 3.

injunctum, ac severa extirpationis pena
sanctum.

9. *Sacrificandi jus*, in Patriarchali Ecclesia, nulli certo ordini adstrictum fuit: unicuique, sua sibi sacra privatum facere licuit; adeoque ritum sacrificandi quilibet in hac Ecclesia per se exercendi jus habuit; et si, ut quilibet illud per se exerceret, necessum non fuerit, sic, ut una victima apud multos adstantes eundem finem producere posset.

10. Unde factum, ut regulariter *munus sacrificandi* per *Capita familiarum* administraretur; pluribus vero familiis congregatis, per illum, quem ceteri ad istud munus elegissent: quod & obtinuit, postquam ex pluribus familiis majores coetus in integrum *Populum* coaluerunt, & toti populo sacrificari coepit; nisi *Princeps* ejus hoc jus exercere voluerit.

11. Unde facile intelligitur, *Regimen Ecclesiae Patriarchalis* penes eosdem fuisse, penes quos & jus sacrificandi fuit; quippe cui & jus *disponendi de loco & tempore* sacrorum peragendorum conjunctum fuit. Ut adeo initio *Patres familias* cum Primo-genitis, ac deinceps *Capita familiarum*, itemque *Principes* cuiusque coetus, tan-

D 2 quam

9. PUFEND. I. C. §. 8. p. m. 22. WITS. I. C. §. 18.

10. V. PUFEND. I. C. WITS. §. 18.

II. V. GOODWIN *Moses & Aaron L. I. C. I. §. 1.*

quam Reges & Sacerdotes tum *sacram*,
tum *civilem* rem obierint.

ART. II. DE JVDAICA ECCLESIA VNIVER-
SIM, CVM PRIMIS EIVS FVNDATIONE.

12. Ex hac Patriarchali Ecclesia igitur JV-
DAICA Ecclesia, uti dictum, efflouuit: sed
non solum variis promissionibus de Messia
Mediatore, aliquando in orbem adventuro,
verum etiam variis legibus scriptis, atque
variis cultus divini ritibus ac ceremoniis,
Messiam futurum præfigurantibus, adaucta
est.

13. Scilicet placuit Deo, peculiarem si-
bi *Populum* eligere, ex quo MESSIAS, Sal-
vator mundi, aliquando proditurus esset,
atque peculiare sibi *Regnum* in eo erigere,
quod *Regnum Dei*, ab ipso Messia aliquan-
do de novo in Ecclesia sua erigendum, ve-
luti in typo repræsentaret.

14. Placuit enim sapientiae Divinae, MES-
SIAM, non primis statim temporibus, &
infrequentibus terræ incolis, mittere; sed
in plenitudine temporis, seu postquam
orbis terrarum incolis undique repletus
esset.

15. Sed & illud congruum ac prope ne-
cessarium visum, Messiam in mundo non
subito & ex improviso apparere, sed diu
præ-

V. PVFEND. de *Hab. Relig.* §. 8.

14. 15. PVFEND. de *Hab. Relig.* ad *Statum* §. 9.

prædictum atque expectatum: quo & desiderio sui homines accenderet, & acta ipsius, prædictionibus quadrantia, eo facilis fidem invenirent.

16. Placuit insuper, ut in Populo, ex quo suo tempore proditurus esset Messias, vaticinia de ipso custodirentur, & perpetua promissionis ipsius memoria, in variis typis quoque, & cumprimis in ipsis cultus divini ceremoniis, in eodem instituendis, usque ad adventum ejus conservaretur.

17. Populus iste ISRAELITICVS, ab ISRAELE, alias IACOBO dicto, ABRAHAM, e Syria acciti, nepote, itemque IVDACVS, a IUDA, ejus filio, appellatus fuit: quippe ex horum Patriarcharum familiis, in Ægyptum olim delatis, ac mirifice in eo multiplicatis, oriundus, sed duro servitutis jugo pressus, ac valida Dei manu tandem inde eductus, inque XII. deinceps Tribus distributus fuit.

18. Ad erigendum sibi in hoc Populo Regnum, atque adeo Ecclesiam cum Rep. conjunctam condendam, Deus ministerio MOSIS, e tribu *Levi* orti, quo & in educendo hoc Populo ex Ægypto usus erat, porro usus est: per quem adeo, veluti intimioris admissionis Administrum ac Inter-

D 3

nunci-

PVFEND. I. c. KRESS. ad h. §. n. 1. 2.

nuncium suum, cum hoc Populo egit, ac voluntatem suam eidem patefecit.

19. Ante omnia ergo Deo placuit, *Fædus* dudum cum Patriarchis initum, per hunc Ministrum suum renovare, atque adeo hunc Populum peculiari ratione sibi jungere: Placuit quoque dein statum *Reip.* pariter ac *Ecclesiæ*, ad Messiæ adventum usque duraturum, in eodem peculiaribus formare legibus; ita quidem, ut *Ecclesia Republicæ & Republica Ecclesiæ* innexa eset.

20. Summo quidem jure Deus, cui jam, creationis jure, absolutissimum in universum genus humanum competit Imperium, singulare quoque in hunc Populum, quem præ cunctis gentibus, tam inauditis beneficiis obstrinxerat, sibi vindicare Imperium potuisset: maluit tamen, veluti cum libero Populo, *Fædus* pangere, &, commemoratis summae potentiae, sapientiae ac bonitatis suæ documentis, veluti liberis ejus suffragiis, Regem sese eligi.

21. *Formula Fœderis* hæc fuit: Deus promisit huic Populo, se fore Deum ipsius, hunc vero peculium suum, ac Regnum sacerdotale; sed & terram Canaan, omnis generis bonis adfluentem, tanquam imaginem cœli, hereditario jure possidendam ei

19. PVFEND. I. C.

20. WITSII Orat. de Theocrat. §. 6.

21. 22. Gen. XVII. 7. 8. 9. Exod. XIX. 5. 6.

ei se daturum; hac tamen lege, ut ipsum pro Deo suo solo coleret, atque leges fœderis sui eidem præscribendas, præstita sincera obedientia, observaret.

22. Fundamenta hujus Fœderis jam, per promissionem, ^{ab ilud} ABRAHAMO Capiti Familiarum Israëliticarum, factam, facta erant: sed, post exitum Israëliterum ex *Ægypto*, idem Fœdus, solenniori ritu, circa montem *Horeb* & *Sinai*, in Arabia deserto, renovatum atque firmatum est.

23. Nimirum hic primum Deus Israëlitas ad Fœderis sanctionem invitavit, atque, commemoratis ingentibus beneficiis suis, liberatione ipsorum ex *Ægypto*, & defensione ab hoste inseguato, cum stipulationem, tum promissionem suam, proposuit: Deinde & Populus conceptis verbis Deo adstipulatus est, atque obsequium Deo præstandum spopondit; quod & responsum Moses ad Deum pertulit.

24. Mox Deus, Regiæ Majestatis jure agens, *Leges sacratissimas*, convocato ad radices montis Sinai Populo, e cacumine montis, tremenda caligine obducto, inter fulgura & tonitrua, sonora voce, promulgavit: quibus auditis, Populus, viribus suis plus justo fretus, obedientiam omnitudinem

D 4

dam

23. V. GVRTLER I. C. Cap. XXII. §. 35. seqq.

24. Exod. XX. WITS. de Theocrat. §. 7. GVRTL.

ib. §. 40. 49. 52. 56.

dam Deo, per Mosen, semel iterumque promisit.

* Not. Leges istas, *Decem Fæderis verba*, Tabulis duabus lapideis dein a Deo incisa, præcipue complexas: Deinceps vero, digressio a monte Populo, ac Mose solo ad Deum in caligine montem adscendente, Leges etiam alias, sive ad ipsum Dei cultum, sive ad constituendam & conservandam Rempublicam, pertinentes, a Deo additas esse.

25. Sed ne quid solennitatis Fœderi deasset, Moses, a Deo reversus, præcepta pomissaque Dei, Populo nunciavit, atque ab hoc acceptata libro inscripsit; dein, ædificato altari, XII. columnis instructo, cæsisque hostiis, & sacrificiis Deo oblatis, partem sanguinis super altare, partem super Populum sparsit, addito carmine; *hic est sanguis fœderis, quod Deus vobiscum, super omnibus his sermonibus pepigit:*

26. Sed cum Moses, in montem regres-
sus, diutius ibi commoraretur, Populus
que interim vituli aurei idolum sibi fun-
dendum postulasset, idemque Ægyptiorum
more, pro Deo adoraret: Deus plures de-
Saci-

25. *Exod. XXIV. 3. seqq. wits. de Theocr. §. 8.*

Oecon. Fæd. D. L. 4. C. XIV. §. 18. GVRLER §. 57. 58. seq.

26. *Exod. XXIV. 12. - 18. XXV. - XXXI. 1. - 14.
XXIX. 1. - 38. 39. XXX. 10. GVRTL. h. c.
§. 60. seqq. 68. 72. 99. seqq. 104.*

Sacrificiis potissimum leges tulit, atque sic durius ceremoniarum jugum, sub pœna execrationis, Populo pervicaci impo-
suit.

* Not. 1. Mosen, in monte XL dies commo-
rantem, præcepta de structura Tabernaculi,
Arca foederis, & suppellectile sacra, de Sa-
cerdotum vestitu, ornatu & consecratione,
deque Sabbathi sanctificatione accepisse, cum
duabus Tabulis lapideis, X. verba, a Deo in-
scripta, continentibus.

Not. 2. Deum nonnullas quidem leges de sa-
crificiis & suffitu jam in monte, plerasque
vero, *Levit. I. - VII.* contentas, postea e
Tabernaculo foederis erecto, Mosi tradidisse.

27. Ceterum facile intelligitur, non sine
gravibus causis Deum peculiare hujusmo-
di *Ceremoniarum* systema, pro lege foede-
ris observandum, Populo suo præscripsis-
se: Præcipuæ fuisse videntur, tum ut po-
pulum, in Ægypto cultus idololatrici ce-
remoniis adsuetum, a pravis suis institutis,
ad meliorem veri Numinis cultum, re-
vocaret; tum in primis, ut sub variis ho-
rum rituum figuris, futuram *peccatorum*
Expiationem, per mortem Messiæ perfici-
endam, adumbraret, traditamque de ea
doctrinam eo altius animis infigeret.

D 5 28. Quod

27. *Col. II. 17. Hebr. XI. wits. de Tabern. Levit.*

*Myst. §. 273. KREß l. c. §. 8. n. 6. & §. 10.
n. 1. p. 270.*

28. Quod ad Regimen Ecclesiæ attinet, Potestas circa Sacra penes neminem, nisi Deum, fuit: Regibus vero, deinceps creatis, nil nisi cura, & inspectio, competit in Personas, cultus divini officiis fungentes, quales Sacerdotes appellabantur, quo omnes, munia divinitus præscripta rite exercebant, legesque divinæ circa sacra fastæ teatæque servarentur.

29. Cultum ipsum, ejusque ritus, uti Deus ipse adornavit, ac severissima lege sancivit, ita nec Regibus ulla potestas fuit eum mutandi, aut quid ei addendi demandive: nisi quod nonnulla, quæ ad bonum ordinem spectabant, permisso Dei, disposuerint.

30. Curam administrationemque Sacrorum Deus Tribui Levi demandavit: quam ne negligerent, terræ portionem illis dare vetuit, & solis decimis, aliisque provenitibus, a se ipsis adsignatis, vitam tolerare jussit; unde & ipse Deus portio Levitarum censi voluit.

31. Peculiare tamen Corpus, a Reipublicæ imperio independens, Tribus Levitica, ac Sacerdotum prosapia haud quamquam constituit: sed revera fuit pars populi, Regum imperio obnoxia; quippe qui & munere eos dimovisse leguntur, criminum reos, & segniter commissa obeuntes.

ART.

28. - 31. PVFEND. I. C. §. X. ibique KRESS
B. I. p. 270.

ART. III. DE TABERNACULO FOEDERIS AC
TEMPLO ECCLESIAE JUDAICAE.

32. *Cultus Dei* publicus ac solennis in Ecclesia Judaica, uni loco, jussu Dei, ita affixus erat, ut alibi obiri non posset: isque primum erat TABERNACULVM FOEDERIS, in deserto; ac deinceps TEMPVLUM Hierosolymis exstructum.

33. TABERNACULVM FOEDERIS tentorium erat magnificentum, habitationi Numinis, ceu Regis, in Populo Israëlitico præsentis, ejusque cultui, sacrum, ad instar, Mosi e coelo monstratum, in deserto constructum, inque medio Populi quiescentis erectum. Constatbat 1. Tabernaculo strictius dicto, & 2. Atrio.

34. Tabernaculum strictius dictum Tentorium erat, Habitaculum divinum continens, pretiosissimis aulaeis obiectum, cedro auroque splendidum, variis receptaculis distinctum, vasisque pretiosissimis instructum. Partes erant 1. Sanctum, & 2. Sanctum Sanctorum.

35. Sanctum conclave erat, velo artificiose, s. columnis cedrinis, auro obductis, appenso, obiectum: in quod, ceu interiore aulam, non nisi Sacerdotibus, ministerio fungentibus, introire licebat.

* Apparatus ejus erat: Candelabrum aureum,
cum

32. PV FEND. de Hab. Relig. §. 9. GOODVIN Mos.
Et Aar. Lib. II. C. I. §. I.

35. cum septem lampadibus; Mensa aurea, cum Panibus propositis; & Altare aureum suffitius.

36. Sanctum Sanctorum intimum & sacratissimum erat conclave, a Sancto per aulam artificiosissimum discretum, Divinæ Majestatis, in Schechina præsentis, habitaculum: quo adeo pedem inferre mortalibus omnibus, sub poena mortis, interdictum; solo excepto Summo Pontifice, cui tamen non nisi semel quotannis intrare licuit.

* Ornamentum ejus præcipuum, Arca Fæderis; hujusque pars pretiosissima, Operculum aureum, id est igitur sive Propitiatorium dictum, cum Cherubinis aureis, cui, ceu throno, Schechina insidebat: reliqua, Tabulae Fæderis, in Arca reconditæ; Urna aurea cum Manna; Virga Aaronis, quæ fronduerat; totum denique Legis Mosaicæ volumen.

37. Atrium locus erat amplius subdialis, Habitaculum divinum cingens, tapetibus ocellatis ac pellucidis, columnis undique affixis,

32. - 36. Exod. XXV. 9. 40. XVI. 33. 16. XXV.
16. XXVI. 50. 33. 34. 11. XXXVIII. 1. 8: 19.
XXXVI. XL. Num. III. 23. seqq. XVII. 10.
WITS. de Tabernac. Levit. Myster. §. 5. 13.
14. 16. 17. 18. 19. 20. & Orat. de Theocrat.
§. 9. GVRTLER. Inst. Theol. I. c. §. 60. 68.
91. RELAND. Antiquit. Sacr. de Veter. Hebr.
P. I. C. III. §. 1. seqq. C. IV. 4. 18. seqq.

affixis, circumdatus, ita, ut introitus quoque velo satis pretioso esset obtectus: qui populo omni, nulla immunditie polluto, ad sacrificia precesque offerendas, patebat.

* Conspicua in eo: *Altare aeneum Holocaustorum*, cum 4. cornibus; inque eo *Ignis perpetuus*, e coelo delapsus; nec non *Labrum aeneum*.

38. Tabernaculo successit **TEMPLVM**, *Hierosolymis*, in monte *Morija*, exstructum: in quo, tanquam in loco fixo & stabili, divinitus designato, *Cultus divinus* postea peragendus fuit, quodque, ceu *Domus Regia*, *Divinæ Majestati* sacra, *Ecclesiam* seu *Regnum Messiae*, veluti in imagine, representauit.

* Not. Montem *Morija*, undique præruptum arduum & declivem, a **SALOMONE** complanatum ac dilatatum, totumque muro altissimo, ab imis vallibus ducto, cinctum, subitus quoque fornicatum, a Civitate, instar amphitheatri istud ambiente, tribus valibus profundissimis distinctum, at ponte strato eidem junctum, nec nisi per scalas affabre constructas adscendendum.

39. Cum autem **Templum Hierosolymita-**

V. 1. *Cron. XII. l. 2. Chon. III. 1 WITS. Hist. Hierosol. §. 2. RELAND l. c. Cap. VIII. §. 13. PUFEND. de Habitū R. §. 10. BVDD. Hist. Eccles. V. T. Per. II. Sest. III. §. 24.*

mitanum diverso tempore bis fuerit exstru-
ctum; primum a SALOMONE Rege, de-
inceps auspiciis ZOROBABELIS, a Popu-
lo ex captivitate Babylonica reduce: hinc
istud in *Primum & Secundum* distinguitur;
prius etiam SALOMONIS, posterius ZO-
ROBABELIS, cognominatum; quod po-
sterius cum postea ab HERODE amplifi-
catum magisque ornatum fuerit, etiam
HERODIANVM appellatum.

40. TEMPLVM utrumque in multis Ta-
bernaculo conformatum fuit: Unde & Par-
tes ejusdem fuerunt; 1. AEDES SACRA,
2. ATRIA.

41. AEDES SACRA Divini Numinis ha-
bitatio erat, e candidissimo marmore ex-
structa, cuius parietes intus cedro auroque
obduci, artificiosissimisque sculpturis e-
rant ornati, complectebatur 1. *Sanctum*
Sanctorum, 2. *Sanctum* & 3. *Pronaos*; qui-
bus varia conclavia superiora & lateralia
accederunt.

42. SANCTVM SANCTORVM, æque ac
in Tabernaculo, intimum sanctissimumque
Divinæ Majestatis conclave erat, cedro
auroque, sculpturisque ac gemmis, splen-
didissime exornatum: quod itidem non
nisi

49. RELAND. l. c. Cap. VI. §. 2.

40. - 42. 1. Reg. VI. 23. RELAND l. c. Cap. VII.

§. 9. & Cap. IX. §. 26. seqq. BVDD. l. c. LVNDII

Jüdische Heilighthümer Lib. II. Cap. VI.

nisi Summo Pontifici semel quotannis ingredi licebat.

* In Templo Primo hic splendidissime Arcam Fæderis, marmori impositam; Schechinam, Operculo ejus Propitiatorio, ac Cherubinis, alis eam tegentibus, insidentem; Cherubinos duos maximos, auro obductos, alas ab uno conclavis latere ad alterum expandentes. Templum Secundum ab his ornamentis plane vacuum fuisse; Saxum loco Arcæ ibi collatum, Lapidem Positionis vocatum.

** Idem in Templo Primo muro ligneo, auro obducto, a Sancto divisum, ejusque ostium velo pretiosissimo obtectum: in Templo Secundo, loco muri, duo aulæa, cubiti spatio a se invicem remota, eaque quotannis nova, appensa fuisse.

43. SANCTVM conclave erat & que splendidum, præcedenti & loco & sanctitate proximum, quod Sacerdotes duntaxat ministrantes admittebat, murum habens lignum auro obductum, ac portam duplicitibus valvis constantem, atque Pronaon aperientem.

* In primo Templo apparatum hic fuisse; X. Lychnuchos aureos, totidemque Mensas aureas, panibus sacris imponendis dicatas: in secundo unum tantum Lychnchum, unamque

42. V. RELAND. Cap. VII. §. 7. seqq. & Cap. IX.
§. 24. seqq. LYND. l. c. §. 7.

que mensam adfuisse: in utroque unum quoque Altare Suffitūs, auro obductum adstitisse.

44. PRONAON FIVE PROPYLAEVM, pars Aēdis anterior erat, fronte non solum altius porrecta sed & insigni porta aliisque ornamenti superbiens.

* In Templo primo Portam duabus columnis, Jachin & Boaz salutatis, ornatam.

** Dic. de donariis pretiosissimis, in templo primo & secundo istud ornantibus. Itemque de Thesauro Jehovæ, ex parte in eodem adservato.

45. ATRIA varia erant spatia, Aēdem sacram cingentia, eaque depressiora; atque muris inclusa, variis tamen portis patentia: quæ iterum varias non solum areas subdiales, sed & varia ædificia satis magnifica, porticus & conclavia, complectebantur.

46. Ab initio duo tantum Atria extitisse videntur: Interius, quod Sacerdotum; & Exterius, quod Populi fuit. Deinceps eadem specialius determinata, & in plura spatia divisa fuerunt: unde tria in primis Atria celebrata fuerunt; Sacerdotum, Israelitearum &

44. RELAND Cap. VII. §. 1. 2. & Cap. IX. §. 21.

22. 23. LVND. Cap. XI. XII.

46. 1. Reg. VI. 36. VII. 12. 2 Reg. XXIII. 12. 2.

Chron. VII. 7. 2. Chron. IV. 9. 2. Chorn. IV.

9. RELAND. Cap. VI. 4. seqq. Cap. VIII. 4.

LVND. Cap. XIII. - XXIX. BVDD. I. c. p. 250.

& Mulierum; quibus tandem Atrium Gentium accessisse videtur.

- * Not. 1. A Judæis, Templum secundum describentibus, omne spatium Ædem S. cingens, dividi in Montem Templi, sive spatium extimum, spatum ante-murale, ac tria Aria, Mulierum, Israelitarum & Sacerdotum.
- 2. Spatia hæc sensim sensimque elevatoria fuisse, ita, ut ab uno ad alterum, usque ad ipsam Ædem S. in summo montis cacumine sitam, per varios gradus adscendendum fuerit.
- 3. Pro diverso altitudinis gradu, diversos quoque sanctitatis gradus, in his spatiis distinctos fuisse.

47. Atrium *Interius*, quod nonnulli etiam *magnum* appellant comprehendebat.
 1. Atrium *Sacerdotum*, i. e. spatum Ædi proximum, versus orientem, non nisi Sacerdotes, sacra facientes, admittens; 2. Atrium *Israëlitarum*, in quo, præter ceteros Israëlitas, 24. Stationarii, quotidianis victimis, totius populi nomine, manus impONENTES, adstabant, & 3. *Aream*, circa latera Ædis reliqua, cum suis porticibus, ubi Israëlitæ magno etiam numero comparebant.

* Not. 1. In Atrio *Sacerdotum* fuisse: *Altare Holocauſtorum*, cum loco mactationis, annulis, columnis, & mensis, pro victimis man-

E standis;

47. V. RELAND Cap. IX. §. 1.-13. LVND. Cap. XIII.-XXXIII.

stantis; *Mare Aeneum*, XII bobus impositum;
& *Labra Aurea*.

2. In Atrio *Israëlis*, Regis quoque thronum pa-
situm fuisse.

3. Varia in toto hoc Atrio interiori Conclavia,
cum egregiis Porticibus, undique constructa
fuisse.

4. *Portas* in eodem XIII. numeratas esse, qua-
rum præcipua *Porta Nicanoris* dicta.

48. *Atrium Exterius*, spatum erat, in
quod ex Atrio Israëlis, per portam Nica-
noris, XV. gradibus descendebatur; *Atrium*
Mulierum quoque dictum, non quod solæ
mulieres huc venirent, sed quod ulterius
adscendere his non liceret; cum ceterum
& viri in eodem adstare & precari possent.

* Hoc quoque conclavibus & porticibus undi-
que cinctum fuisse, tresque portas habuisse.

49. Omnia hæc Atria ambiebat 1) *Mons*
Templi, sive spatum 500. cubitos longum
latumque, muro, v. portis pervio, undi-
que cinctum, variisque conclavibus ac por-
ticibus inclusum; & 2) Spatum *Ante-mu-
rale*, inter Atrium mulierum & montem
templi, a quo septo cancellato disjunge-
batur, intermedium.

* Hic

48. RELAND Cap. VIII. §. II. seqq. LVND.
Cap. XIV. XV.

49. RELAND §. 5.-7. BVDD. I.C. LVND. Cap.
XXVI. XXVII.

* Hic *Atrium Gentium* in Templo secundo a nonnullis ponit; a *Salomone* saltem Porticus magnificas & spatiose ibidem extrectas fuisse.

50. Ex dictis liquet, *Templum Hierosolymitanum* stupenda magnificentia adificium fuisse, in quo cum incredibili pretiosissimae materiae copia divina quadam constructionis ars certavit: adeo, ut augustius ac splendidius quidquam vix cogitari possit, atque miraculum orbis hoc Divini Numinis Palatium salutari meruerit.

51. Ceterum negari nequit, *Templum Prius* non solum magnificentia ac splendore ipsius adificii, nec non vasorum aureorum & argenteorum copia & pretio, *Templum posterius* longe superasse; sed etiam quinque res sacratissimas, gloriam prioris mirifice illustrantes; nempe 1) *Arcam Fæderis* 2) *Schechinam*, 3) *Ignem coelestem*, 4) *Urim & Thummim*, 5) *Oleum sacrum*, in posteriori defuisse.

52. Nihilominus Templo secundo *major tribuitur gloria*: quæ cum in adificiorum ac vasorum præstantia, aut rerum sacram modo dictarum prærogativa, ponit nequeat;

E 2

queat;

50. WITS. *Histor. Hierosol.* §. 21. - 24. BVDD.

H. N. e. V. T. l. c. LVND. L. 2. Cap. XXIX.

§. 9. 10.

51. 52. HAGG. II. IO. RELAND Cap. VIII. §. I.

LVND. L. 2. C. XXXII. §. 13. - 33.

queat; in nulla alia re quæri poterit, nisi
in adventu MESSIAE, qui præsentia sua
corporali gloriæ secundi Templi utique
multo illustriorem reddidit.

ART. IV. DE MEMBRIS ET MINISTRIS ECCLE-
SIAE JVDAICAE, CVM PRIMIS SACERDOTI-
BUS ET LEVITIS, NEC NON STATIO-
NARIIS.

§3. Ecclesia Judaica in qua Deus pecu-
liare sibi Regnum erexerat, ex diversis
constabat *Membris*. Alia, veluti *Ministri*
Regis, cultus divini ministeriis in aula re-
gia fungebantur, uti SACERDOTES & LE-
VITAE, ex Tribu *Levi* oriundi: Alia *Popu-
lum* ejus reliquum constituebant, atque ex
ISRAELITIS vel PROSELITIS consta-
bant, qui Deo, ceu Regi suo, itidem cul-
tum, suo modo ac ordine, exhibebant.

§4. SACERDOTES dicebantur, qui pu-
blico *Sacerdotii* munere, accuratissimis Dei
legibus definito, fungebantur, omnesque
ab AARONE, primo Sacerdotum Principe,
in cuius familiam Deus Sacerdotium jure
proprio & hereditario ita transtulerat, ut
nemo extraneus istud impune involaret,
genus ducebant.

§5. Ex his unus erat SVMMVS SACER-
DOS

54. WITSII Diff. de *Sacerdot.* Aaron. & Chri-
sti §. 23. 24. LVNDII *Jud.* Heiligth. L. 3.
Cap. II. §. 5. seqq.

DOS five PONTIFEX MAXIMVS, qui, ceu Princeps & Caput, summa inter ceteros dignitate eminebat, atque sanctissimas cultus divini partes peragebat: reliqui, ceu gregarii five secundi ordinis, SACERDOTES simpliciter audiebant, atque officiis Sacerdotii reliquis fungebantur.

* Not. Diversos Sacerdotum ordines, gradu dignitatis etiam distinctos, fuisse; inter hos eminuisse, *Sacerdotem Castrensem*, itemque *Saganem*.

56. In Personis Sacerdotum quatuor requirebantur: 1.) *Natalium dignitas*, ut essent gente Israëlitæ, e tribu Levi, familia Aaronis, honesta foemina nati; 2.) *Corporis integritas*; 3.) *Animi Sanctitas*; 4.) *Matrimonii castitas*. Quæ omnia in Summo Sacerdote eximia esse debebant. De requisitis autem his Synedrium magnum cognoscetabat.

57. *Consecratio Sacerdotum*, ex præcepto divino, quatuor ceremoniis constabat: 1.) *Lotione*, 2.) *Indutione vestium sacrarum*, 3.) *Unctione*, 4.) *Sacrificiis* quibusdam.

E 3

58. *Vestes*

55. GOODWIN *Moses & Aaron L. i. C. V. §. 1.*

RELAND. *Antiqu. Sacr. P. II. C. I. §. 1. 2.*

C. III. i. seqq. LVND. l. c. Cap. III. XXVI.

56. WITS. *Diff. cit. §. 25. - 43. LVND. Cap. XXVII. §. 5. seqq.*

57. RELAND. l. c. §. 4. seqq. WITS. l. c. §. 45. LVND. l. c.

58. *Vestes Sacrae* duplicis generis erant; Aliæ sacerdotibus omnibus communes; aliæ *Principi sacerdotum* propriæ.

59. Prioris generis, eaque *lineæ*, erant; *Feinoralia*, *Tunica*, *Baltheus* & *Cidaris*: Posterioris generis vel *Aureæ* erant, has tegentes, nimirum; 1.) *Ephod*, *Amiculum*, cum duabus gemmis, & insculptis nominibus Tribuum Iſraël; 2.) *Pectorale Judicij*, *Amiculo* jungendum, cui inserta XII. gemmae, cum XII. nominibus Tribuum, nec non *Urim* & *Thummim*; 3.) *Pallium Ephodi*, *five Tunica* *hyacinthina*, ex cuius fimbriis pendebant malogranata, & tintinnabula aurea; 4.) *Bractea aurea* *five Corona Sanctitas Cydari* affixa: vel *Linea*. 4. prioribus similes, sed pretiosiores.

* Not. *Vestes* has sacras non fuisse gestandas, nisi in ministerio sacro, adeo, ut extra tempulum, vestitu, a plebe cetera sacerdos non differret. *Lineas* vero Pontificales tantum expiationis die a Pontifice indutas fuisse.

60. Olim & *Uncio*, sed in solo Pontifice Max: eoque vestibus sacris induto, accedebat, oleo peragenda sacro, ex præstantissimis

58. 59. *Exod. XXXVIII. XXXIX. Levit. XVI.*

4. GOODWIN L. I. C. V. §. 5. RELAND.
I. c. §. 8.-II. WITS. §. 48.-50. LVND. C.
IV. - VIII.

60. *Exod. XXIX. Levit. XXI. 10. RELAND.*

I. c. LVND. C. IX. XXVII. §. 28. seqq.

tissimis aromatibus & oleo olivæ confecto:
quaæ in templo secundo cessavit.

* Sacerdotes gregarii cur non fuerint uncti?

61. Perficiebatur denique Consecratio
triplici *Sacrificio*, impletionis dicto: ubi
manus sacerdotis Consecrantis non solum
sanguine victimæ imbuebantur, sed & aliis
oblationis partibus implebantur, & coram
Deo agitabantur.

* Not. 1. *Primum*, juvenco constans, piaculare
fuisse, ut $\lambda\acute{u}r\acute{e}\sigma\acute{o}$ aliquod, quo primo omni-
um lustrandi erant sacerdotes. *Alterum* con-
stitisse *ariete*, atque *holocaustum* fuisse, quo
Deo commendarentur, toti impendendi ipsius
ministerio. *Tertium* item *arietem* fuisse, ad
sacrificium salutare seu pacificum, cui ad-
iunctum sacrum epulum, quo familiæ Dei
insererentur.

2. *Arietis illius*, qui *victime salutaris* nomine
offerebatur, *sanguine imbuendas* fuisse Sacer-
dotum *aures dextræ*, & *pollices manum*
pedumque dextrorum: denique ablegmina &
armum dexterum, cum pane, placenta & la-
gano, imposita volæ manuum sacerdotis, a
consecrante, manus suas manibus ejus subji-
ciente, coram Deo agitata fuisse.

62. *Functio Sacerdotalis* generatim in eo
consistebat, ut, ceu proximi Dei ministri,

E 4

ad

61. *Exod. XXIX. 1. Levit. VIII. 2. RELAND.*

§. 12. *WITS.* §. 65. - 67. *GVRTLER Inst.*

Theol. C. XXII. §. 237. seqq.

ad Deum appropinquarent, atque cultum divinum, a Deo ipsis præscriptum, peragerent: speciatim ut *Sacrificia*, Deo offerrent, pro populo apud Deum *intercederent*, atque eidem Dei nomine *benedicerent*.

63. *Summo autem Sacerdoti duo potissimum munera erant propria: officium diei expiationis, & consultatio per Urim & Thummim.* De illo post. Hac ita siebat, ut in Sanctum ingressus, vestibus aureis indutus, facie ad arcam versa, Deum interrogaret.

64. *Munera, quibus reliqui Sacerdotes quotidie fungebantur, in offerendis sacrificiis jugibus, accensione lychnorum, adolendo suffitu, Templi custodia, & inflatione tubarum maxime consistebant.*

65. Erant vero & alia ipsorum munera, non ita quotidiana; uti de immundicie & lepra cognoscere, res devotas aestimare, mulierem adulterii suspectam examinare, vitulæ decollandæ adesse, panes facierum in Sanctum inferre, & elatos comedere, vaccam rufam comburere, ac populum scientia rerum divinarum imbuere.

66. *Sacerdotes hi, ut singuli ordine sacris operari possent, in xxiv. Classes, five Ephemerias, distributi fuerunt; quilibet Ephemeria*

62. WITS. §. 69. seqq.

63. RELAND. §. 16. LVND. C. X. XI.

64. 65. RELAND Cap. V. §. 2. seqq. LVND.
L. 3. C. XXIX. - XXXII.

meria stato tempore per hebdomadem munus suum obibat, a Sabbatho initium faciens: quilibet autem Ephemeria in vi. familias sive domus patrum divisa erat, ita, ut singulæ suum diem haberent, quo sacra sua facerent; & Sabbatho omnes simul.

- * Not. i. Cūlibet Ephemeriae, nec non cūilibet Familiaē ministranti, suum *Caput* præfuisse, e Præfectis Clavium desumptum, horumque Principem *Caput domus avitæ* appellatum.
- 2. Quindecim *Prefectos*, ad munia cultus divini eo curatiis obeunda, in Templo fuisse.
- 67. Quonam autem munere quisque ex singulis Familiaīs quolibet die fungi debeat, per fortē, quæ quater singulis diebus in conclavi Gazith ducebatur, designandum erat.
- 68. Quemadmodum familiaē Sacerdotalēs, ita etiam viri ex populo Ifraēlitico in xxiv. divisi sunt classēs, quarum singulis unus præfētus erat, ut cum una quaque classe Sacerdotali & Levitica Hierosolymas adscenderent, sacris adstante, Populumque universum, qui sacrificiis publicis interesse non poterat, nec Atriis Templi

E 5 compre-

66. 67. RELAND. *Cap. III. §. 5. 6. Cap. IV.*
§. 1. Cap. V. §. 3. LVND. L. 3. C. XXVI.
§. 30. seqq.

68. RELAND. *Cap. IV. §. 6.*

comprehendi, repräsentarent, *Viri Stationis*, sive *Stationarii* appellati.

69. **LEVITAE**, ex tribu Levi oriundi Sacrorum ministri erant, Sacerdotibus in ministerio facro inservientes, quorum munera præcipua, præter curam conclavium & atriorum, panum propositionis, aliarumque rerum sacrarum, in canendis psalmis, excubiis agendis, ac docendo iudicandoque populo, consistebant: Iidemque in xxiv. classes *Cantorum*, totidemque *Vigilum* divisi sunt.

* Not. Datos hos Sacerdotibus, & inauguatos adspersione aquæ, lotione vestium & corporis, ac sacrificio juvenci gemini, unius in sacrificium pro peccato, alterius in holocaustum, quibus Levitæ manus imponebant, uti vicissim Israëlitæ Levitis manus imponebant, & hi agitabantur a Sacerdote.

70. His dati sunt ministri, *Nethinæi*, dicti, in cædendis lignis, & haurienda aqua, ad usus sacros, potissimum operas iis præstantes.

71. *Israëlitæ*, ex reliquis xii. Tribubus prognati, quamvis, per ipsam nativitatem, Mem-

69. 70. *Num. XV. 9. 12. 1. Chron. XXIII. 28.*

XXV. XXVI. XXVII. 2. Chron. XXXV. 3.

11. 14. Nehem. VIII. 10. X. 29. RELAND. C.

XI. §. 1. - 9. LVND. L. 4. C. I. - VI. C. IX.

71. *Gen. XVII. GOODWIN L. 1. C. III. 3 L.*

6. C. I. §. 1. LVND. L. IV. C. 23.

Membra Ecclesiae Judaicæ fierent, attamen per Circumcisionem, tanquam sacramentum initiationis, infantes masculi in foedus Dei recipiendi erant.

* Not. Israëlitas quoque *Hebraeos* dictos, & quidem, si ex utroque parente *Hebræo* nati essent, *Hebraeos* ex *Hebrais*. Illos porro, qui, *Palestinam* incolentes, *Hebraico Sacri Codicis* textu utebantur, *Hebraeos* in specie, seu *Judeos*; qui vero, per Græcorum ditiones, versionem Græcam tractabant, Ἑλληνισῶν sive *Græcissantium* nomen traxisse.

72. *Proselyti* adventitii e paganis erant, quorum duplex dabatur genus: alii *Proselyti fœderis* sive *justitiae* dicebantur, qui, abdicato paganismo, toti se legi *Mosaicæ* subjiciebant; initiantur circumcisione, baptismo & sacrificio: alii *Proselyti portæ*, quibus in terra Israëlis habitare licebat, modo observarent vii. præcepta Noachica.

ART. V. DE CVLTV DEI, PRAESERTIM PVBLICO AC SOLENNI, VNIVERSIM.

73. *CVLTVS DIVINVS* in Ecclesia Judaica aliis erat *Publicus*, isque vel *Solennis* vel *minus solennis*; alias *Privatus*. Cultus *Publicus*, isque *Solennis*, in Terra Sancta, non nisi in *Templo Hierosolymitanō*, ministran-

72. RELAND P. II. C. VII. §. 14. GOODWIN.
d. C. III. §. 4.-8. LVND. L. 4. C. XXII.
XXIII. XXIV.

strantibus Sacerdotibus & Levitis, adstantibus Israëlitis: minus solennis vero etiam in *Synagogis*, a singulis Ecclesiæ membris: *privatus* denique ab iisdem in ædibus suis privatis, per universam terram, Deo exhiberi poterat.

74. *Cultus Dei in Templo, solenni ritu*, peragendus, præcipue in *Oblationibus Sacrificiorum ac Munerum* consistebat: Quibus tamen & *Preces & Gratiarum actiones, Celebrationesve Dei*, itemque *Benedictiones Populi Sacerdotales*, accedebant.

75. *Res, qua Deo, ex præscripto legis, sacro ritu offerebantur, vel animatæ, erant vel inanimatæ, omnes ex iis, quæ in humano viatu erant, le&ta: Hinc duplicitis generis Oblationes nascebantur; Cruentæ & Incruentæ: Illæ SACRIFICIA simpliciter, itemque VICTIMAE; hæ DONA sive FERTA, itemque SACRIFICIA MVNERIS, salutari suevere.*

76. Ad prius genus quinque animalium species, jussu Dei, adhibebantur: tres ex quadrupedum genere, nempe *Boves, Oves & Capræ*; quæ iterum, pro diversitate ætatis aut sexus, xii. nominibus distinguebantur; nimirum vi. masculini sexus, ut, *juncus, vitulus, aries, agnus, caper, hædus*; &

75. RELAND. P. III. C. I. §. 1. WITS. de
Sacerdot. Aaron. §. 83.

& vi. fœminini sexus, ut, *vacca*, *vitula*, *ovis*, *agna*, *capra*, *hœda*: duæ ex volatili-
bus, nimirum *turtures* & *pulli columbarum*.

77. Sacrificia, ex huiusmodi animalibus
oblata, *Cruenta* constituebat partim *Effusio*
& *Adspersio sanguinis* in altari aliisve locis
sanctis, partim *Combustio* vel totius animalis,
vel partium, super altari; quam *utramque*
maestatio, *ablutio* & *dissectio* victimæ, ceu
actus necessarii, præcedebant.

78. *Ritus*, quibus Sacrificia hujusmodi
Deo offerri solebant, varii fuerunt: In his
autem partes alia *dominorum* offerentium
erant: alia *Sacerdotum*.

79. Prioris generis erant: 1. *Constitutio*
victimæ coram facie Dei in Atrio interiori;
2. *Consecratio* ejus per *impositionem manu-*
um; 3. *Maestatio* pecudis; 4. *Excoriatio*,
5. *Ablutio* intestinorum, & 6. *Dissectio* ejus-
dem: qui duo tamen actus post *sparsio-*
nem sanguinis demum fiebant.

* *Maestationem* plerumque sacerdotes, vel *Levi-*
tas suscepisse.

** Dic. de *Unguefactione* volatilium.

80. Posterioris generis erant: 1. *Exceptio*
sanguinis in vase argenteo; 2. *Sparsio San-*
guinis varia, vel ad 4. angulos Altaris ex-
terioris, vel in *Sancto Sanctorum*, vel ad
cornua

77. GVRTLER. C. XXII. §. 219.

78. - 80. *Levit.* I. 3. seqq. RELAND. I. c. S.

14. - 32. WITS. §. 75. 76.

cornua Altaris suffitus, vel ad 4. angulos Altaris exterioris, vel ab basin Altaris, pro diversitate sacrificii, facta; 3. *Delatio* membrorum victimæ ad Altare; 4. *Agitatio* eorumdem; 5. *Salitio*; 6. *Comeſtio*.

81. Ratione modi offerendi, Sacrificia ita differebant: alia *tota*, pelle nudata, igne in altari consumebantur, quæ *Holocausta*, dicebantur, atque præstantissima censebantur, quod integra Deo cederent: alia ex parte tantum, quæ *Victimarum* aut *Hostiarum* nomine veniebant; atque ex his, quod restabat, cedebat in usum cum sacerdotis, cum ejus, qui pecudem offerebat.

* Cutem tamen Sacerdos accipiebat.

82. Deinde & ratione *finis*, cuius gratia offerebantur, sacrificia differebant: Alia enim offerebantur pro expiando aliquo peccato sive delicto; quæ *Piacularia*, ea que pro diversitate peccatorum, vel *Chattaa*, vel *Ascham*: alia pro beneficiis imperatis vel impetrandis, quæ *Salutaria* & *Pacifica*, itemque *Eucharistica*; alia denique pro felici munera sacerdotalis auspicio, quæ *Impletionis* dicta.

* Not. i. *Chattaa* oblatam α) pro peccatis, quæ se patrare, dum patrabant, Israëlitæ nescie-

81. RELAND. P. III. C. II. GVRTLER. Cap. XXII. §. 222. LVND. L. 3. C. XXXVII. sqq.

82. RELAND. P. III. Cap. III. IV. GVRTLER. §. 226.-256. LVND. C. XLI. XLIII. XLV.

nesciebant, postea vero resciscebant. *Levit.*
IV. 13.-35. β) pro juramento auditio, sed non
 indicato; γ) pro contactu rei impuræ impru-
 denter facto & postea rescito; δ) pro jura-
 mento, quod quis imprudens juravit, *Levit.*
V. 1.-13.

2. Consumtam Chattaæ totam; & quidem san-
 guinem, adipem, renes cum fibra super je-
 cur in altari: pellem vero & omnem carnem,
 cum capite, cruribus, intestinis, simoque
 extra castra, incensam fuisse.
3. Chattaæ fuisse ovem aut capram *Lev. V. 6.*
 vel, ejus defectu, par turturum sive pullo-
 rum columbae: alterum quidem ad sacrificium
 pro peccato, alterum vero ad holocaustum,
v. 7. Cui neque turtures, neque pulli colum-
 barum suppetebant, potuisse pro Chattaæ
 offerre decimam Ephæ similæ, sed sine thure
 oleoque, *v. 11.* Sacerdotis vel cœtus cuius-
 dam Israëlitici fuisse juvencum, *Levit. IV.*
3. 14. Principis caprum, *v. 23.*
4. Ascham debuisse offerri α) pro sacrilegio
 ex ignorantia commisso *Levit. V. 15. 16.* β)
 pro peccatis patratis ab Israëlitis, legem ve-
 tantem ignorantibus, *Levit. V. 17.* γ) pro
 peccatis petulantibus, scientibus legem pro-
 hibentem, sed factum negantibus, *Levit. V.*
21. δ) pro vitiatione ancillæ, neque ductæ
 in matrimonium, neque manu missæ. *Levit.*
XIX. 20. 21.
5. Ascham fuisse arietem *Levit. V. 18.* cuius san-
 guis debuit spargi super altare; atque adeps,
 cauda,

cauda, cum intestinis, renibus & fibra super
jecur adoleri. *Levit. VII. 2.-5.*

6. *Salutaria* æque ac Impletionis sacrificia, tam
ex animatis, quam ex inanimatis oblata esse.

7. Ad *Salutaria* & *Oblationem Primogenitorum*,
Decimarum & *Agni Paschalis*, non incom-
mode referri, de quibus deinceps.

83. *Ferta*, quæ ex rebus inanimatis offe-
rebantur, vel *Dapes* erant, vel *Suffitus*.

84. *Dapes* offerebantur ex farina triticea
vel hordeacea : aliquibus vinum addeba-
tur, quæ & *Libamina* dicta, aliis non item.
Quæ vini libamine augebantur, oleo subi-
genda erant, & sale salienda, sine fermento,
fine melle: eaque semper cum aliquo
victimarum genere; & una cum holocau-
stis igne absumenda, in odorem gratum
Jehovæ.

85. *Ferta*, nullis vini libamentis aucta,
vel *Fermentata* erant, vel *Azyma*. *Fer-
mentata* porrigenda quidem erant Deo,
nec tamen adolenda in altari, sed integra
Sacerdotibus cedebant. *Azymorum* aliqua
partim Sacerdotibus data, partim aræ.

86. *Suffitus* Sacer, sive *Incensum*, ex variis
aromatibns, stacte, onyche & galbano,
nardifoliis cum spicis, & cum primis thure
puro, jussu Dei, conficiebatur.

87. Porro

83.-86. RELAND. P. III. C. VII. WITS. §.

73. 74. LVND. L. 3. C. XXXIX.

87. Porro Sacrificia quædam, ex utriusque generis rebus oblata, rationem habebant *Census*, sive *Tributi*, Deo, ceu Regi suo, a Populo solvendi. Talia erant *Oblationes Primogenitorum* ex animatis, nec non *Primitivæ* ac *Primitiæ* ex inanimatis, itemque *Decimæ* tam ex pecudibus, quam ex frugibus.

88. Primum omnes *Primogenitos* sibi sacros esse Deus jussit, tam ex hominibus, quam ex animalibus; sed alia ratione filios primogenitos, alia pecudes mundas, alia denique immundas.

89. *Hominum* primogeniti, respectu matrum redimebantur, die 30. ætatis, quinque siclis, quos Sacerdos accipiebat. *Primogenitus asini*, animalis immundi, ipse quoque redimi, substituta ove, aut pretio ejus, vel capite truncari debebat.

90. At primogenita *pecudum* mundarum, intra primum ætatis annum, ab octavo ætatis die numerandum, adducta ad Sacerdotes in Templo ministrantes, & Deo consecrata hac formula, *Sacrum hoc esto*, mactari in Atrio debuerunt, sanguis adspersi, adspersione una ad basin, ablegmina Deo dari & adoleri, admixto sale, & caro reliqua a Sacerdotibus comedì, per totam

F

urbem

87. - 90. *Exod. XIII. 2. 13. Num. III. 13.*
XVIII. 16. Nehem. X. 36. RELAND. P. III.
C. VI.

urbem Hierosolymitanam, quocunque modo in cibum præparata.

91. Voluit quoque Deus *Decimam* pecudem ex bubus, ovibus, & capris sibi sacram esse, ita, ut quod decimo loco sub virga transiret, ei consecraretur. Quod si illud Sacrificio aptum esset, sine impositione manuum, mactabatur in Atrio, sanguis adspargebatur altari, & ablegmina in altari onorebantur: caro a dominis offerentibus Hierosolymis comedebatur.

* Modus legendi hic fuit: Cogebantur omnes in caulam, cui erat exiguum ostium, per quod non nisi una ovis vel capra transire posset: Tum exeuntes, dominus virga instrutus, numerabat, & quæ decima egrediebatur, virga, minio infecta, notabat, dicebatque; *hoc decimum sacram esto.*

92. Sed & ex inanimatis primi Deo fructus, qui vel *Primitiva*, vel *Primitiæ* dicebantur, offerendi fuerant.

93. *Primitiva* ex septem rerum inanimatarum generibus, tritico, hordeo, uvis, sicubus, malogranatis, olivis & dactylis, offerebantur.

* Modus offerendi hic erat: Nonnunquam dominus fructus primos, ante maturitatem, in ipsa

91. *Levit. XXVII. 32. RELAND. §. 10.*

92. *Num. XVIII. 12. 13. Nehem. X. 35. 37. RELAND. C. VIII. 1.*

93. *Deut. VIII. 8. REL. C. VIII. 3.*

ipsa arbore notabat & destinabat Primitivis: aliquando ex fructibus decerptis & simul collectis Primitiva separabat, ita tamen, ut separatio Primitivorum præcederet Primitivas & Decimas: Dein vel ipse, vel alius ejus nomine ea imposito canistro afferebat ad Atrium, & tradebat, recitata confessione, Sacerdotibus ephemeriae ministrantibus, qui ea inter se dividebant, & Hierosolymis comedebant, ipsis & uxores, & servi & pecora, dum dominus ipse Hierosolymis pernoctabat.

94. *Primitiæ* erant dona, quæ Israëlitæ Sacerdotibus dabant e fructibus terra: Israëliticæ, jam ad usum humanum præparatis. Comedi debuerunt in Terra Sancta a Sacerdotibus mundis, eorumque uxoribus, liberis, servis & pecude.

95. Ablatis Primitiis, reliquum acervum fructuum lustrabat dominus, & decimam partem inde decerptam Levitis dabat, quibus vellet: qui eas comedebant, cum uxoribus & liberis. Hæ *Decimæ primæ* appellatae, ex quibus Levita decimam partem pendebat Sacerdotibus; quæ *Decimæ a Decimis* dicebantur.

96. Tum dominus ex reliqua massa alias Decimas separare debebat, easque *Hierosolymis* comedere, quæ sunt *Decimæ secundæ*.

F 2

Hæ,

94. RELAND. §. 8. 10.

95. 96. Num. XVIII. 21. RELAND. Cap. X.
§. 1. seqq.

Hæ, cum anno tertio & sexto ab anno Sabathico non comedenterunt Hierosolymis, pauperibus eorum loco dari solebant, *Decimæ pauperum* dictæ.

97. Ceterum immolare oportebat sacrificia pro vivis Israëlitis omnibus, pro cœtu integro & pro capitibus singulis, pro populo & pro Principibus, ipsisque Sacerdotibus ac Levitis, pro viris ac foeminis, infantibus & adultis, pro puris & impuris, temporibus statis, & occasionibus singularris.

* Hinc Sacrificia in 4. species distincta: *Publica*, *Privata*, *Publica privatis* similia, & *Private publicis* similia.

98. Denique ad sacra spectant *Vota*, quibus res profanas facere sacras, & vel personas, se & alios, qui sub potestate ejus erant, vel res, Deo sacrare poterat.

99. Personæ, secundum aestimationem suam consecratæ, redimi poterant. Vicitima Deo sacrata offerri debuit. Bestia vero immunda redimi. Domum Deo devoutam estimabat Sacerdos & vendebat. Quod autem per Cherem devotum, redimi non poterat.

100. Erant autem Vota duplicitis generis: *Prohibentia*, quibus quis vovebat abstinentiam

97. GVRTLER l. c. §. 243. RELAND. p. 3.

C. i. §. 3. seqq.

100. RELAND. C. X. §. 1. seqq.

tiam a re licita; *Consecrantia*, per quæ ali-
quid vovebatur in usus sacros.

ART. VI. DE CVLTV DEI, EOQVE PVELICO
AC SOLENNI, QVOTIDIANO.

101. Cultus Dei *Quotidianus*, isque *Pu-
blicus* ac *Solennis*, alius erat *Matutinus*, alius
Vespertinus.

102. *Matutini* Cultus partes præcipuæ
erant: 1.) *Sacrificium* juge *Agni*, in *holo-
caustum* rite oblati; 2.) *Suffitus* in Sancto
adolendus, 3.) *Preces* eidem jungendæ;
4.) *Lectio Schema* in conclavi *Gazith*; 5.)
Oblatio Fertorum & Libaminum; 6.) *Can-
tus & Musica Levitarum*; denique 6.) *Bene-
dictio Sacerdotalis*.

* Not. 1. *Ordo* fere hic erat: Præparatio in
præcedenti vespera siebat, ita, ut primum
Sacerdores ac *Levites*, nec non *Stationarii*
illius Ephemeræ, quam ordo tangebat, in
Templo congregarentur, dein Vasa aurea &
argentea, usibus sacris destinata, e custodia
sua petita, in mensa argentea collocarentur;
denique Portæ omnes clauderentur, plerique
quieti se darent, nonnulli vero excubias age-
rent.

2. Proximo mane præparatio ad cultum ita sie-
bat, ut ante solis ortum, Sacerdotes nonnulli,

F 3 in

102. IO3. RELAND. P. 2. C. V. §.3. - 6. WITS.
de *Sacerdot. Aaron. & Christi* §. 81. LVND.
L. V. C. I. II.

in duas turmas divisi, duce Præfecto suo, Atrium, accensis facibus, circumirent: deinceps loti ac vestibus sacris induiti, omnes in conclave Gazith adscenderent, ac fortis, de partibus ministerii a quolibet obeundis, ducerent.

3. Mox Portæ, tum Sancti, tum Atriorum, jumente Præfecto Janitorum, sacerdotibus tubas inflantibus, apertæ: Altare exterius purgatum ac decineratum: Ligna quoque allata, atque igni altaris alendo imposita.
4. Illucescente aurora, Sacerdotes, Levitæ, & Stationarii, loca sua, ad sacra facienda, occupare jussi: Initium factum a devota *Altaris Suffitus decineratione ac lychnorum extincione*; itemque *Agni offerendi*, impositis ei a Stationariis manibus, *Jugulatione*, a Sacerdote facta.
5. Exorto sole, pergitur: *Suffitus sacri solennia*, monente Præfecto, in Sancto religiose peraguntur: Quibus *Preces* devotæ, signo dato, ab omnibus etiam reliquis, Sacerdotibus Levitis & Stationariis, in Atriis adstantibus, junguntur.
6. Interea *Sanguis Agni* mactati in pelvi exceptus altari adsperritur: deinceps membra ejusdem, rite præparata, cum intestinis, a Sacerdotibus, solenni ritu ac ordine, coram templo primum agitata, dein ad altare deferuntur, inque clivo reposita saliuntur.
7. *Lectione Schema* peracta, *membra agni*, cum intestinis, ab aliis demum Sacerdotibus Altari

Altari imposita adolentur. Mox & *Ferfa* fa-
rinæ & olei, itemque crustula Pontificis Max.
cum thure singulis imposito, nec non *libamen*
vini, a Sacerdotibus solenni ritu itidem allata
ac salita, retenta a sacerdote parte sua, in
altari adolentur, excepto vino, quod in eo-
dem effunditur.

8. His peractis, *Levite*, *Psalmos* consuetos *can-*
tabant, concinentibus suaviter instrumentis
musicis, atque *Sacerdotibus* tubas scienter in-
flantibus.

9. Claudebat hæc Sacra *Benedictio* Populi *Sa-*
cerdotalis, quæ hoc ritu peragebatur: Sacer-
dotes, finito Sacrificio matutino, conscende-
bant suggestum, manusque supra caput ex-
tollebant, digitis expansis: excepto tamen
Pontifice, cui non licuit altius elevare ma-
nus, quam usque ad laminam auream, quam
in fronte gestabat: unus autem distincte sin-
gula *Benedictionis* verba *Num. VI. 23.* pro-
nunciabat, quibus finitis Populus responde-
bat; *Benedictus sit Deus Israëlis a seculo in*
seculum.

103. *Vespertinum* Sacrificium juge iisdem,
quibus matutinum, ritibus peragebatur,
exceptis fortibus, quæ denuo non duce-
bantur, & benedictione: ad Suffitum ta-
men novo fortium ductu opus erat. Et
circa vesperam Sacerdotes suas תרומות co-
medebant.

104. Ceterum ad Cultum quotidianum

F 4

quo-

quoque spectabant tres *Horæ Precationum*, *Tertia*, *Sexta* & *Nona*, quibus in Templo preces publicæ ac solennes, a Populo hac de causâ congregato, fiebant.

**ART. VII. DE CVLTV DEI SABBATHICO AC
FESTIVO FESTISQVE ECCLESIAE JV-
DAICÆ.**

105. *Sabbathi* nomine, in Ecclesia Ju-
daica, in strictiori sensu, veniebat septimus
hebdomadis dies, quieti & cultui divino
singulari ratione consecrandus.

106. *Sanctificatio Sabbathi*, quod pridie,
præparatione hora sexta non sine precibus
suscepta, & signo per tubam vel cornu
dato, hora sexta vespertina initium capie-
bat, ita siebat, ut non solum omnes & sin-
guli e populo ab omni opere servili ces-
sarent, sed etiam, vestibus induiti egre-
giis, in Templo vel Synagoga mane &
vesperi convenirent, atque Cultum Dei
publicum ibi celebrarent, denique domi
hilares epularentur.

107. *Cultus autem Sabbathicus* in Templo
in eo consistebat, ut, præter sacrificium
juge quotidianum, duo adhuc alii Agni,
cum fertis consuetis, eodem modo, quo
in cultu quotidiano, offerrentur, Psalmi
a Levitis, & integro cœtu, consonantibus
instru-

104. *Act. III. l. GOODWIN. Mof. & Aar. L. 3.
C. I. §. 8. LVND. L. V. C. III.*

instrumentis musicis, canerentur, preces funderentur, ac benedictio sacerdotalis populo impertiretur.

108. Ex Templo coetus in Synagogam, Templo contiguam, se conferebat, atque lectioni Legis & Prophetarum, nec non concionibus desuper habitis, vacabat quemadmodum & in aliis Synagogis extra Hierosolymas moris fuit.

109. Instituta sunt a Deo *tria Festa maijora*, in memoriam trium beneficiorum insignium, in Populum Israëliticum collatorum, egressus ex Ægypto, latæ Legis, & possessionis terra Canaan; nempe *Pascha*, *Pentecoste* & *Festum Tabernaculorum*.

110. Requirebat antem celebratio horum festorum cum *presentiam omnium masculorum*, quibus adeo ter quotannis, jussu Dei, Hierosolymas adscendendum fuit, ut coram facie Dei se in Templo fisterent: tum *oblationem sacrificiorum*, puta *holocausti*, primo vel sequentibus festi diebus offerendi, nec non *sacrificii salutaris*, primo die festi offerendi, ac per duos dies & unam noctem comedendi.

III. *Pascha* festum erat, in memoriam

F 5

tran-

108. *Exod. XX. GOODWIN L. III. C. 3. RE-LVND. P. III. C. VIII. §. 1. 5. seqq. LVND. L. V. C. IV. n. 25. seqq. C. V. VI.*

109. 110. *DEVT. XVII. 13. RELAND P. IV. C. II. §. 1. LVND. L. 5. C. IX.*

transitus Angeli mortiferi in Ægypto institutum: cui junctum erat Festum *Azymorum*, in memoriam festinati ex Ægypto exitus celebrandum.

112. Utrumque initium die 14. mensis Nisan circa vesperam, præparatione rite facta, capiebat: atque ad celebrationem sui solenni ritu peragendam tria requirebat; *Panem Azymum*, *Agnum Paschalem*, & *Mannipulum hordeaceum*.

113. *Panes Azymi*, jussu Dei, in memoriam festinati, cum azymis exportatis, exitus ex Ægypto, per leptiduum a die 14. mensis Nisan, fermento omni antea summa cura abolito, comedendi fuerunt.

114. *Agnus Paschalis*, qui anniculus esse debuit, die 10. mensis Nisan separandus, die 14to autem ejusdem mensis, inter duas vespertas, post peractum sacrificium juge vespertinum, Deo in Templo offerendus & mactandus, ac dein, sanguine ejus ad basin altaris effuso, exemptisque ablegminibus, in altari comburendis, a domino domum reportatus, assatus, cum pane azymo & herbis amaris, nocte sequenti, a domino & convivis comedendus fuit.

* Not. 1. Mactationem peractam interea, dum Sacerdotes tubas inflarent, & Levitæ hymnum canerent, sive Psalmos cxiii. - cxviii. in Atrio ab Israëlitis, qui in tres catervas divisi, per vices in Atrium intromittebantur, ita, ut Attri fore mox clauderentur.

2. *Agnum*,

2. Agnum, veru ligneo transfixum, cum ligno transverso, crucem formantem, in furno suspensum assatum fuisse.

3. In Convivio hoc Paschali memorandum a Patrefamilias, sive Lectore, rogante puerō, exitus ex Ægypto beneficium, quatuorque pocula, ab illo benedicta, ab unoquoque ebibenda, interque illa *Hallel*, sive hymnum Psalm. cxiii. - cxviii. cantatum fuisse.

115. Manipulus Paschalis ex hordeo d.
116. m. Nisan solenni ritu a Delegatis ex agro proximo metebatur, atque ad Sacerdotes in Atrium deferebatur, qui igne tostum ac mola contusum cribrarunt, donec decima pars Ephæ floris farinæ inde educeretur, qua oleo & thure addito rite agitata & adducta, pugillo inde exempto & combusto in altari, a Sacerdotibus comedebatur.

* Not. Simul cum eo agnum in holocaustum, addito ferto & libamine suo, oblatum.

116. Pentecoste festum erat, quinquagesimo a secundo Paschatos die, in memoriam non solum Legislatæ, sed & messis feliciter peractæ, per biduum, celebratum, ita, ut, cum sacrificiis, *Panes duo, ex novo*

III. 115. RELAND. P III. C. VI. §. 14. - 16. P. IV. C. III. GOODWIN L. 3. C. IV. LVND. L. 5. C. X. XIV.

116. RELAND. C. IV. GOODWIN Cap. IV. LVND. C. XVI.

novo tritici proventu illius anni, fermentati, offerrentur.

Not. Idem & *Festum messis*, itemque *Festum hebdomadum*, quod septem hebdomades a die oblationis manipuli paschalisi ad hunc diem festum numerandæ essent, appellatum.

117. *Festum Tabernaculorum*, cujus primus dies in 15um mensis Tisri incidebat, magna solennitate magnoque gaudio per septiduum celebratum: cujus ritus præcipui erant; sacrificia offerenda, singulis diebus septem, nempe 13. juvenci: (nisi quod juvencorum numerus uno minueretur) 2. arietes, 14. agni, in holocausta, & hircus, in sacrum piacularē comedendus; nec non habitatio in Tabernaculis, aliique, a judæis additi.

118. Præter hæc tria Festa majora, alia erant, quorum nonnulla ab ipso Deo sunt instituta; ut, *Festum Expiationis*: *Festum Novi anni*; *Novilunii*, *Anni Sabbathici*, & *Jubilæi*: aliqua a Judæis; uti *Festum Purim*, & *Encæniorum*.

119. *Festum Expiationum* die decimo m. Tisri celebratum, ubi Expiatio omnium peccatorum, ab universo non solum Populo, sed & a Sacerdotibus & ab ipso Pontifice

117. RELAND. P. IV. C. V. GOODWIN C.
VI. LVND. C. XXIV.-XXVII.

118. RELAND. C. II. §. 7.

tifice Max. per totum annum admissorum, solenni ritu facta.

129. Summa hujus diei sanctitas fuit, qui, non sine afflictione animi, peccatis suis contristati, cum jejunio & cessatione ab omni opere, per totum diem, ab unoquoque celebrari debuit: Sacra vero in hoc festo a solo fere Pontifice Max. peragenda fuerunt.

121. Præparatio ita facta. Primi hujus mensis dies ad 10. usque *dies conversionis* appellati: Septem diebus antediem Expiationis Pontifex Max. in clave Paredrin secessit, & singulis his diebus, ut cultui sacro se adsuefaceret, sanguinem sacrificii jugis sparsit, suffitum adolevit, lychnos aptavit, & caput pedemque agni obtulit: die tertio & septimo ipse quoque cinere vaccæ rufæ adspersus: denique ritus hujus diei eidem expositus fuit.

122. A media nocte ministerium hujus diei cœpit, in quo præcipua partes Pontificis Max. fuerunt: quippe qui quinques corpus suum, manus & pedes sexies & deicies lavare, ac toties mutare vestes, modo aureas, modo lineas five albas, induendo, quindecim vero victimas, 12. holocausta, ac tria sacrificia piacularia, offerre, denique quater in Sanctum Sanctorum, suffitum faciendi ac sanguinem spargendi causa, introire, debuit.

123. Peregit autem tam cultum quotidiana-

tidianum, quam huic diei proprium, initium ducendo a *Confessione peccatorum pro se & familia*, atque impositione manuum in *juvencum* suum: mox a cœtu Israël duos accepit *hircos caprarum*, quos coram facie Dei sttit, sortem jaciens, uter Deo sacrificandus, uter vivus in desertum emittendus sit: dein manibus denuo juvenco impositis, *confessione peccatorum pro se & sacerdotibus* reliquis defunctus, *juvencum* jugulavit, atque sanguinem ejus exceptit.

124. Porro vasa aurea capiens cum igne & pulvere suffitus, magna cum devotione, in *Sanctum Sanctorum* ingressus, suffitum adolevit: quo facto denuo ingressus, sanguinem juvenci in pelvi exceptum versus thronum Jehovæ determinatis vicibus sparsit.

125. Reversus in Atrium, *hircum* Deo sacrum ac populi piacularem mactavit, atque sanguinem ejus exceptum, iterum in *Sanctum Sanctorum* ingressus, eodem modo sparsit. Inde in *Sanctum* regressus, ibidem primum sanguinem juvenci, ac dein hirci piacularis, versus velum adspersit.

126. Quo factō, ad alterum *hircum*, panno rubro in capite notatum, recedens, manibus eidem impositis, omnia totius Populi Israëlitici peccata confessus est: Extemplo *hircus* hic, veluti maledictus, quippe peccatis totius populi onustus, per vim quendam solenniter eductus atque in deser-

desertum Zuk, versus montem Azazel,
emissus est, *Emissarius* inde dictus.

* Not. Panni hirco injuncti, colorem rubrum
in album, ut tradunt, in signum Dei placati,
conversum; sed 40. annis ante ultimum ex-
cidium Hierosolymitanum id non amplius
factum.

127. Emisso hirco, ad juvencum & hir-
cum, quorum sanguinem in æde sacra
sparserat, rediit, & ablegmina utriusque
exemit: tum hircum piacularem, atque
arietem pro se, itemque arietem pro po-
pulo, in holocaustum; nec non ablegmina
juvenci & hirci comburendi, obtulit: ju-
vencum vero ipsum hircumque, pelle sua
haud nudatos, aliis extra urbem combu-
rendos dedit.

128. Postremo sacrificium jugc obtulit,
suffitum adolevit vespertinum, lychnos
accendit, denique, ultima vice lotus, ve-
stes suas communes induit: atque sic so-
lennia hujus diei finita sunt. Pontifex Max.
autem, exantlatis tantis laboribus, convi-
vium instituit, atque noctem diemque se-
quentem hilarem exegit.

129. Quodlibet etiam *Novilunium* suum
habuit *festum*, solenni ritu ita celebratum,
ut 1.) Israëlitæ comparuerint coram Pro-
phetis,

119. 128. LEVIT. XVI. 23. 27. 29. RELAND C.

VI. GOODWIN. C. VI. LVND. C. XVIII.
fqq.

phetis, audituri verbum, quemadmodum ceteris sabbathis; 2.) nefas fuerit eo die emere vel vendere; 3.) peculiaria, prater quotidiana, offerrentur sacrificia, nempe juvenci bini, aries, agni anniculi septeni, cum ipsorum munere frumentaceo.

130. Sed primum *Novilunium Novi Anni*, quod in primum diem mensis Tisri incidet, solennius adhuc celebratum: dum non solum prater sacrificia jam dicta, adhuc juvencum subrumum unum, arietem unum & hircum caprarum in peccatum, obtulerunt, sed & buccinis five cornibus, ab aurora usque ad occasum solis clanxerunt: Unde *Festum hoc Novi Anni* etiam *Festum Buccinarum* appellatum.

131. Sicut quovis *Septiduo Sabbathum* fuit, ita quovis *septennio Annus Sabbathicus*: Et sicut Sabbathum signum erat, quod Domini essent, propterea que cessarunt ab operibus suis, ut agerent opus Domini: ita *Annus Sabbathicus* signum erat, quod & ipsi, & ipsorum terra Domini essent.

132. Observatio hujus festi consistebat pricipue in duobus: 1.) in *agrituræ cessatione*,

129. 130. LEVIT. XXIII. 24. Num. XXVIII.

11. 15. XXIX. 1.-5. GOODWIN Cap. VII.
LVND. Cap. VII. VIII. XVII.

131. 132. Levit. XXV. 6. Deut. XV. 1. 2. GOODWIN. C. IX. RELAND. C. VIII. 13. seqq.
LVND. C. XXIX.

satione, unde vocatur *Sabbatum terræ;*
2. in remissione debitorum; a creditoribus
facta, unde vocatur *Remissio Jehovæ.*

133. Celebratum quolibet anno quinquagesimo Festum Anni Jubilæi: cuius præcipua adjuncta fuerunt: 1. Generalis manumissio servorum; 2. Revolutio agrorum domorumque ad primos possessores, qui ea antea vendiderant; 3 hoc modo custodita est distinctio Tribuum, redeuntibus agris ad suas Tribus, & servis ad suas familias.

134. Festum *Purim* cœpit die 14to m. Adar, duravitque ad finem 15ti: institutum a Mardachai, in memoriam liberatio- nis Judæorum e manibus Hamanis; atque hoc biduo historia de Esthere in Synago- gis legitur.

135. Festum *Encæniorum* hoc loco notat festum *initiationis* altaris, institutum a Juda Maccabæo, ut singulis annis per octo dies, in memoriam restituti veri cultus, ab Antiocho tyranno aboliti, celebrantur.

G

ART.

133. GOODWIN C. X. RELAND. C. VIII.

§. 18. sqq. LVND. C. XXXII. §.

134. Esther IX. 21. GOODWIN C. XI.

§35. 1. Maccab. IV. 59. GOODWIN. C. XI.

ART. VIII. DE SYNAGOGIS JVDAICIS ET
DIVINO CVLTV IN IIS PERAGENDO.

136. SYNAGOGAE erant aedes, conventibus Judæorum sacris, & variis cultus divini partibus, exceptis sacrificiis, statim temporibus, in iis peragendis, sacræ. Unde & *Domus Congregationis* dictæ.

* Not. I. SYNAGOGAE vocem, quæ origine Graeca est, & *Congregationem* proprie denotat, vel ad *Loca referri conventuum Ju-dæorum*, vel ad *Cœtus*, qui in illa conveniunt, vel ad *utrumque* simul.

2. Easdem *Proseuchas* quoque, sive *Oratoria* dictas.

137. A *Synagogis* hujusmodi, sive *Aëdis* *conventuum* *sacrorum* differebant *Aëdes Disquisitionis*, quæ erant *Scholæ publicæ* sive *Academiae*, ubi Legisperiti ac Rabbini, docendi ac disputandi causa, conveniebant. Quales cum *Synagogis* plerumque essent contiguæ, in latiori sensu sub iis comprehendebantur.

138. *Origo Synagogarum* incerta: Saltē post captivitatem Babylonicam plerasque enatas, suisque ceremoniis instrutas esse, verosimile multis videtur.

139.

136. 137. GOODWIN *Mof.* & *Aar.* L. 2. C. I.

§. 1. 12. RELAND *Antiqu. Sacr.* P. I. C. X.

§. 1. VITRINGA de *Synagoga Vet.* L. I.

P. I. C. I. p. 78. C. 4 p. 121. C. 5. p. 134.

138. AET. XV. 21. GOODWIN I. C. §. 2. RELAND.

I. C. §. 3. VITRING. P. II. C. I. - 12. LVND.

JUD. Heilighth. L. I. C. IX. §. 8.

139. Synagogæ hujusmodi, ex præscripto Magistrorum Judaicorum, extruendæ fuerunt in editissimo Civitatis loco, ut ædificium illarum ceteris omnibus ædificiis esset elevatius, magisque conspicuum.

* Not. Synagogas sæpius quoque extra urbes, sive ad flumina, sive ad sepulchra, conditas fuisse, idque vel necessitatis, vel commoditatis, vel sanctitatis causa.

140 Sicuti autem in omni civitate aut oppido ædificari potuit Synagoga, ubi saltem decem fuerunt majorenes aut liberæ conditionis homines: ita in civitatibus præsertim majoribus sæpe plures fuerunt Synagogæ, pro multitudine incolarum variæ multiplicatae.

* Dic. de numero Synagogarum in Urbe Hierosolymitana; nec non de Synagogis aliarum Urbium.

141. Synagoga hujusmodi *Rebus Sacris* annumerata, modo rite dedicata sive consecrata fuerit: quod ut rite fieret, requiritum, ut primo domus aliqua vel eo nomine ædificata sit, ut precibus publicis inserviret, vel saltem postea sacris his usibus destinetur: deinde ut quis preces suas in ea, ceu huic usui consecrata domo, re ipsa fundat.

G 2

142.

139. VITRING. L. I. P. II. C. II. p. 213. 215.
sqq.

140. VITR. C. 12. 14. GOODWIN. §. 5.

142 Ita dedicata Synagoga *Aedis sacræ* prærogativis, ac peculiari sanctitate gaudiebat: quocirca reverentia illi debebatur, ut ne quis levius aut immodestius in ea se gereret, sed ab omnibus indecoris ac profanis actionibus aut gestibus sibi in eadem caveret, nitidis quoque purgatisque vestibus in illa compareret.

143 Quod ad structuram Synagogæ & partes attinet, omnia ita conformata sunt, ut eadem Templo esset simillima: quamvis ad cultum in ea peragendum, nempe precandum laudandumque Deum, nec non lectionem ac interpretationem Legis, tam splendido apparatu non esset opus. Hinc Res sacræ, quæ veluti & partes & instrumenta ejus constituant, hodieque paucissimæ sunt, nempe sequentes.

144 (1) Arca libraria, velo appenso ornata, sive Armamentarium sacrum, in quo Volumen Legis, aliisque Libri sacri, asservantur: eaque in eo synagogæ latere collocata, quod Hierosolymam respicit, ut in precibus versus locum, ubi Sanctum Sanctorum fuit, se convertere possint.

145. (2) Suggestum ligneum, in medio Synagogæ extructum, idque satis amplum, ut in illud consendant, qui Codicem sacram prælegent, aut pro concione verba facient:

142. VITR. C. 17. RELAND C. X. S. 2.

143. VITR. P. III. C. 2.

facient: super quo est *Pulpitum*, cui Codex facer, dum eum prælegerent, impuneretur.

146. (3) *Subsellia*, quorum varius esse suevit ordo, ita distinctus, ut *Præfecti* cathedra suggesto sit juncta, isque adeo huic tergum, faciem vero Arca obvertat; *Seniores* autem eodem fere modo, partim ad suggestum, partim prope arcam, confideant; subsellia denique *populi* transversis lateribus collocata sint.

147. (4) Et sicuti in Templo Atrium mulierum ab Atrio Israelitarum erat sejunctum: ita in *Synagoga* quoque mulieres a viris separatae esse solent, clathris & transennis sive fenestris reticulatis interpositis.

148. 4) *Lucernæ* in *Synagoga* suspensæ, ad usum quidem in precibus vespertinis, ad ornatum vero & decus Sabbathis festisque diebus accensæ.

149. His accedebant *Utensilia* quædam minora, vel ad cultum sacrum, vel synagogæ ornatum, facientia: nempe, 1) *Libri sacri*, præsertim quinque volumina Legis; 2) *Velum* splendidissimum, *Sacello*

G 3

five

144-146. VITR. I. c. RELAND §. 9.

147. GOODWIN §. 7.

148. VITR. C. 9. §. 4.

149. VITR. Cap. 10.

five Arcæ Librariæ appensum; 3) Tubaæ & Buccinæ, quarum usus erat in Vespera Sabbathi, Feste Novi anni, Jejuniis, & Excommunicatione; 4) Arculæ five Capsulæ Eleemosynariæ, ad ostium fere in Synagoga positæ.

150. Personæ, ex quibus membra Ecclesiæ Judaicæ in Synagogis constabant, non incommodè in tres ordines dispesci poterant; nempe 1. Officiales Synagogæ, 2. Literatos, & 3. Plebejos.

151. Officiales five Personæ, officiis vel ministeriis in Synagogis fungentes, vel Rectores erant, vel Ministri.

152. Rectores, Synagogæ præpositi, appellati Ἀρχοντες τῆς συναγωγῆς, five Archisynagogi, i. e. Principes Synagogæ, viri dignitate & sapientia excellentes, eidem regendæ præfeci: itemque Presbyteri five Seniores, spectatæ itidem sapientiæ ac probitatis viri, præsertim in Synedrium aliquod five Senatum cooptati, licet atate sacerdios non adeo proœcti.

Not. in omnibus Civitatibus Hebræorum, jussu divino, constituendos fuisse Magistratus five Judges, ■■■■■

ovit

153.

150. Abtor. XIII, 14. Seniores dictos. Deut.

XVI, 18. XXI, 3.

151. Luc. VIII, 41. GROT. Comment. in

Matth. C. IX, 18. VITR. L. II. C. 1.p. 469.
C. II. p. 586.

153. Duplici autem ratione Veteres Synagogæ rectæ fuerunt: Majores celebriorum urbium Synagogæ gubernatæ sunt a *Synedrio* quodam sive *Presbyterio*, quod erat Senatus, sive Consistorium Sacrum, constans ex Archisynagogo, ceu Præside, & Presbyteris sive Senioribus, vel ex Sacerdotibus aut Levitis, vel ex aliorum Doctorum virorum ordine selectis, ceu Assessoribus, atque Ecclesiæ non minus ac Civitatis regendæ, adeoque de *Sacris*, & exercitio divini cultus disponendi, jus potestatemque habens.

* Not. *Archisynagogi* nomen in latiori sensu omnibus Synagogæ Præfectis; in strictiori sensu soli Præfidi Senatus sacri tributum fuisse: pariter *Presbyteri* nomen in latiori sensu etiam Archisynagogum comprehendisse, in strictiori sensu solos Assessores sive Collegas ejus denotasse.

154. Aliæ synagogæ rectæ sunt ab uno quodam *Sacrorum Magistro*, נָבִיך dicto: sive quod minus celebres & majoribus subordinatae, sive quod copia doctorum viorum destitutaæ essent.

155. *Officia Presbyterorum* in Synagoga vel in *docendo* vel in *regendo* consistebat.

156. *Docendi munere fungebantur, Orationes*

G 4

153. VITR. L. II. C. 9. n. p. 554. 550. 586.

154. VITR. C. 10. p. 565. 574.

156. VITR. P. I. L. III. C. 5. p. 667. C. 7. p.

704. 711,

tiones sacras sive *Conciones* ad populum in Synagoga congregatum habendo, atque in Lege divina scriptisque Propheticis eundem instruendo: quamvis hoc munus etiam aliis Doctoribus ad hoc idoneis ab Archisynagogis demandari posset.

157. *Regimen Synagogæ* hæc tria completebatur: 1 *Moderamen* actuum sacrorum; 2 *Disciplinam* Synagogicam, sive *coërtionem* delinquentium; 3 *Curam* distri-
buendarum *eleemosynarum*.

* Not. 1. Judæos, ex præscripto Legis, se obstrictos putasse, ad contribules suos, peccantes atque scandalum præbentes, corripiendos, monendos, ac reprehendendos, primo quidem *privatim*, dein *publice*, ut in rectam viam & ad saniorem mentem eos reducerent.

2. *Correptionem privatam* placidam fuisse admonitionem ac reprehensionem, clam factam, ne peccator erubesceret. Hanc nonnunquam subsequitam *Excommunicationem* quandam privatam, qua Iæsus lædentem a communione sua separavit, donec sibi satisfactum esset.

3. *Coërcionis* synagogicæ varios obtinuisse gradus: (1) *Correptionem publicam*, sive *increpationem* ac *pudefactionem* peccatoris,
ab

157. NOVELL. 146. VITR. L. III. P. 1. C. 9.
P. 727. 729-733. 739. 743. Cap. 11-13. p. 708.
seqq.

ab Archisynagogo, coram cœtu in Synagoga congregato factam; cuius effectus, quod sic increpatus se occultaret, ac domi federet, pudore suffusus, rarus quoque risu & loquela esset, atque humilem coram oculis aliorum se gereret; quamvis, ut a consortio hominum se prorsus removeret, necesse non esset. Sequitam (2) *Proclamationem*, in Synagoga quatuor Sabbathis factam, qua crimen præsertim gravius, ad ignominiam ac pudorem peccantis, & in peccata perseverantis, promulgatum: Huic fere junctam fuisse (3) *Excommunicationem* leviorem, sive *separationem* a cœtu sacro; sic, ut omni loco per 4 cubitos a fratribus distare tenetur, & in hoc statu permaneret per 30 dies; his autem elapsis, *condonationem* peteret ab illis, qui excommunicaverant; quo facto, editis poenitentiæ signis, eum ad communionem Ecclesiæ rursus admissum, formula, sit tibi condonatio; quæ *solutio Excommunicationis* dicta. Sed si contumax esset, nullaque delicti duceretur poenitentia, continuatam *Excommunicationem* illam minorem, per 30. dies alios; quod si nec intra hos veræ poenitentiæ argumenta ederet separatus, consequutum, post 30 dies alios interjectos, (4) **מְרֻמָּא דְּבָרֶךְ**, i. e. *Excommunicationem majorem* sive separationem totalem ab Ecclesia, qua simul ex ipsa Synagoga expulsus est; quod factum die Sabbathi, quo Senatores vel in Synagoga, vel in Academia occupati fuere.

4. Aliud

4 Aliud *Coercitionis synagogicæ* genus fuisse, quod peccans delicta sua expiaverit, vel in *cute*, vel *are*; h.e. quod *flagellatus* sit in *synagoga*, vel delictum *are* redemerit, quod instar flagellationis censeatur.

158. Constitutio sive *Ordinatio* hujusmodi Archisynagogorum ac Presbyterorum duplici modo facta: *Electio*, qua per *Chierocoroviam* sive extensionem manus in symbolum suffragii factam; & *Confirmatione* quæ per *Chierodeciam*, sive manuum impositionem, perficiebatur.

159. *Ministri Synagogæ* duobus nominibus distinguuntur: alii *Legati* sive *Angeli* *Synagogæ* dicti, qui Ecclesiæ in fundendis recitandisque precibus præibant: * alii *Chazzanitæ* sive *Diaconi* *Synagogæ* vocati, qui, veluti *Custodes Synagogæ*, viliora initio ministeria, obibant. **

* Not. 1. Distinctos ab his fuisse *Apostolos*, *Syndri* & *Patriarcharum* sive *Assessores*, sive Legatos, ad Synagogas extraneas, vel alias Terræ Sanctæ oras missos; Exemplo *Apostoli Pauli*, a Sacerdotio & *Syndrio Hierosolymitano* ad omnes Synagogas missi: Ceterum honorabilem maxime & *Patriarcha* & *Apostoli* hujusmodi titulum apud *Judæos* fuisse.

** Not. 2. Successu temporis honoratius factum

Mini-

158. VITR. C. 14. p. 819.

159. VITR. P. I. L. II. C. 10. p. 577. & L. III.

C. 7. p. 707. P. II. C. 1. p. 890. scqq. RELAND

P. I. C. 10. §. 11.

Ministrorum horum officium, & non solum
Lectionem Legis, sed & Precationes Publi-
cas illis saepe demandatas.

160. Litteratorum alii erant *Sapientes*,
alii *Discipuli Sapientum*. Illi vel *Doctoris*
sive *Rabbi* titulo jam insigniti erant; vel
saltem, ut *Legisperiti*, eum merebantur,
atque adeo ad docendum idonei censeban-
tur: Utrisque libera docendi atque con-
cionandi faculta competit.

161. Hi disciplinæ *Doctorum*, illa aetate
celebrium, tradebantur, & quando justam
annorum mensuram attigerant, titulum
Rabbi sive *Doctoris* itidem magno studio
affectionabant, eundemque vel aptitudine sua
& profectibus in patriæ legibus, vel *Prae-*
ceptorum suorum gratia, illum conseque-
bantur.

162. *Rabbi* vero sive *Doctor* nullus fa-
lutabatur, nisi publica manus impositione,
per *Sanhedrin*, aut *Synedrii* delegatos, aut
Doctores alios, insignes, promotus.

* Dic. de origine & prærogativis tituli *Rabbi*
sive *Doctoris*.

163. Denique *Plebejii* sive *Idiotæ* erant,
qui ex contemptissima constabant plebe,
Legis divinae cogitatione haud imbuta.

164. Ceterum Decem quoque *Otiosi* in
lyna-

162. 163. VIT. L. II. C. 10. p. 566. & seqq. L. III.

P. I. C. 7. p. 704. 705.

164. VIT. L. II. C. 6. p. 532. seq. KELAND.

P. P. I. C. X. §. 10.

Synagogis fuisse feruntur, puta, decem Israelitæ, ab opere suo cessantes, atque pretio sive stipendio ad id conducti, ut in Synagoga semper præsentes essent, atque adeo qui precandi causa synagogam adirent, numerum saltem decem hominum in ea invenirent.

165. *Officia Divini Cultus Synagogici* in duo actuum genera commode dispescuntur: Alii nempe a *quibuslibet* majorenibus sacrorum peritis viris, ad hoc dilectis ordinatisque, *promiscue* olim peragi poterant; sed qui procedente tempore *Chazzanitis* demandati fuerunt, & magna pars munieris ipsorum evaserunt.

166. Hujus generis erant *Leætio Legis*, ac *Prophetarum*, & utriusque hujus scripturarum partis *interpretatio*; *Precum solenniorum Recitatio*, & *Exponendi* vel *Dividendi Schemah*, denique *Benedictio*, non tamen nisi a sacerdote peragenda.

167. Recitatis *Precibus* solennibus, a quibus Cultus synagogicus initium capiebat de quibus mox plura *Leætio Legis*, puta, *Pentateuchi*, e textu Hebraico, promissis ac subiunctis solennibus *Benedictionibus* sive *Doxologiis*, a *Lectoribus* peritis, speciatim ad hoc evocatis, solenni ritu peracta: quam exceptit *Leætio Prophetica*, eodem fere ritu peracta.

* Not. i. *Pentateuchum* in 53. vel 54. *Paraschæs* sive *Sectiones*, quarum quælibet iterum septem

- septem partes, pro numero Lectorum, complexa, ita, ut intra annum spatium absolvī posset, divisum: Ex Prophetis vero scriptis *Haphtharas* sive *Pericopas*, *Prælectionis* publicæ causa, excerptas fuisse.
2. *Lectioni Legis* diebus Sabbathi atque *Expiationis* solenniumque jejuniorum, horas tam matutinas quam vespertinas, Festorum vero ac Novilunii diebus, nec non profestis cunctis hebdomadis Lunæ ac Jovis diebus, matutinas consecratas fuisse.
 3. *Lectoris* munus vel *Sacerdotibus*, vel *Levitis*, vel aliis Viris doctis, dignitate *præcellentibus*, demandatum, eodemque ceteris, dignitate aut meritis inferioribus, *prælatos*: neminem vero illud suscepisse, nisi Ecclesiæ nomine ad hoc evocatum: *Lectores* plerumque fere fuisse septem; deficientibus tot viris *Lectionis* peritissimis, unum quoque per omnes septem *Lectiones* ceterorum vicibus fungi potuisse: *Lectionem* denique e suggestu faciendam fuisse.
 4. *Volumen Legis*, ad *Lectionem* celebrandam, ex Arca, a *Ministro synagogæ*, accinente populo, productum, atque a *Lectore* evolutum: *Lectione* finita, iterum convolutum, atque *Ministro* traditum in Arca reconditum fuisse.
 5. *Lectionem* non, nisi præmissis a *Lectore* præcinente, & Populo per *Antiphonon* ac *Amen* respondentे, *Benedictionibus*, sanctissima formula *Kaddisch* obsignandis, exordiendam: finita vero *Lectione*, Libroque
- con-

convoluto, a singulis Lectoribus *Doxologias* subjungendas, ab ultimo vero formulam Kaddisch denuo recitandam fuisse.

6. Circa *Lectionem Propheticam*, prælibandum aliquid ex Lege, junctis binis doxologiis, dein sequuta Doxologia una, *Lectionem Sectionis Propheticæ inchoatam*, & quatuor doxologiis clausam fuisse.

7. Ultramque *Lectionem* a cœtu confidente, qua par erat, attentione ac reverentia auscultandam, nec, nisi finita, discedendum fuisse.

168. Præter Legis & Prophetarum *Lectionem*, *sacra* quædam *Oratio* sive *Concio* ad Populum, in Synagogæ ædibus congregatum, habita. Duplex autem concionum genus obtinuit: alterum, *Lectioni* divinæ Legis, aut Verbi Prophetici, permixtum, Exegesin quandam sive paraphrasin prælectæ partis continens; alterum *Lectionem* subsequutum, argumentum quoddam, ad officium pietatis ac morum emendationem maxime spectans, edifferens, interdum quoque parabolas aut historicas narrationes continens.

* Not. *Doctori* concionanti, æque ac *Lectori*, plerumque adstitisse *Interpretem*, vel doctrinam.

167. *Luc. IV, 20. Act. XIII, 27. VITR. L.*

III. P. II. C. 7. 8. 9. p. 947. seqq. p. 977.

168. *VITRING. L. III. P. I. C. 5. p. 667. seqq.*

C. 6. p. 685. 689. 695. L. III. P. II. C. 12. p.

1015. seqq. RELAND l.c. §. 5.

ctrinam, ex ore Doctoris haustam, populo exponentem, vel textum, Hebraicum in vernaculam transferendo, eidem populo, Hebræ Linguae ignaro, interpretantem.

169. Ad Cultum Synagogicū quoque maxime spectabant *Preces publicæ*: quarum in latiori sensu acceptarum, duplex genus apud Hebræos quoque semper in usu fuit & adhuc est, nempe: 1. *Eulogiae* & 2. *Precationes* strictius dictæ.

170. *Eulogiae* sive *Benedictiones*, iterum duplicitis sunt generis: (1) *Doxologæ* sive *Glorificationes* Dei, quibus Perfectiones ac virtutes Dei de prædicantur ac celebrantur; (2) *Gratiarum actiones* pro beneficiis a Deo acceptis.

171. *Precationes* pariter duplices sunt: (1) *Supplicationes* simplices, quibus, ex perceptione suæ a Deo dependentiæ, cum fiducia, a Deo bona animi vel corporis sibi necessaria expetunt; (2) *Deprecationes*, cum *confessione peccatorum* conjunctæ, quibus mala sibi imminentia avertere conantur.

172. *Preces* hujusmodi ab initio, & temporis & formularum ratione, liberae fuerunt: Sed post redditum e captivitate Babylonica, tam *formulis*, quam *temporibus* adstrictæ sunt.

173. *Formula* ab Ezra & Viris Synagogæ magnæ concepta dicitur, octodecim *Benedictiones*.

170. VITRING. L. III. P. II. C. 13, p. 1022.

dictionibus constans, cui dein una aduersus
hæreticos addita: Ad quam *communem Precum formulam*, *Schemon Esre dictam*, ter
quotidie recitandam, omnes majorennnes
cujusque generis obligati sunt.

* Not. 1. Ad has 19 *Benedictiones*, variaque
earum additamenta, fere omnis generis *Peti-*
tiones & Gratiarum actiones a Judæis re-
ferri, quas officii sui existimant esse, Deo
per orationem exponere.

2. *Novendecim* has *Preces* (admissis tempera-
mentis) quolibet solennium *Precum tempo-*
re, & quidem stando, recitandas esse: non
nunquam tamen breviorem formulam, quæ
τυπον illarum referat, adhiberi: ipsam quo-
que formulam alio modo a *Privatis*, alio a
Ministro synagogæ recitari.

3. Quilibet die profecto Judæis ter precandum,
mane, vesperi & nocte. Sabbathis, Statutis
Festis & Noviluniis, *quater*; quando nempe
Preces Addititiae ordinariis adjungendæ sunt,
loco sacrificii ordinarii: die Expiationis *qui-*
quies.

174. Præter hanc Formulam, Mares inter
Israelitas, majorennnes & liberi, ad *bis* quo-
tidie tam ad edendam *confessionem fidei* suæ
de Unitate Dei, quam sui erga Deum officii,
cum quibusdam *Eulogiis obstringuntur*: qui
actus

171. 172. VITRING. C. 17. p. 1032. 1046. 1045.

173. Deut. VI, 5-9. C. XI, 9, 21. Cap. XV, 37. 4.
VITR. C. 15.

actus religionis ab illis dici solet; *Recitatio*
sive Lectio τὸς Schemah sive Pericopæ; Audi
Israel: quamvis in sensu strictiori ad Pre-
ces haud referatur.

- Not. 1. Intelligi hoc nomine tres Pericopas, sive
 textus biblicos;
- 2. Recitationi τὸς Schemah præmittendas & jun-
 gendas Eulogias & Preces aliquas.

175. *Liturgia Synagogæ* certo constat
Precum & Eulogiarum ordine; atque duplicit
 universim actu absolvitur: *Legendi Schemah*
cum Eulogis ejus, & Recitandi Octodenas cor-
ram Arca; quorum ille dictus, *Benedicere*
super Schemah, & hic, Prodire ante Arcam:
 atque ad hos actus *Legatus vel Minister Sy-*
nagogæ a Prefecto delegatur.

- Not. 1. Nonnullas *Preces & Eulogias* partem
Liturgie sive *Ministerii publici* constituere;
 quasdam a *privatis* in *Synagoga*, antequam
Minister Synagogæ officiis suis fungit incipiat,
 recitari.
- 2. *Legatum Ecclesiæ seu Ministerium*, *Preces pu-*
 blicas recitaturum, e medio cœtu prodire,
 & versus *Arcam* procedere, ibique in loco
 humili preces pro tota Ecclesia, varios in-
 duendo gestus, fundere. Inde formulam
 prodeundi coram *Area enatam.*
- 3. Dic de *Epiphonemate τὸς Amen*, in fine ad
Precautiones succinendi.

H 176. De-

175. VITRING. L. III. P. II. C. 13 p. 1823.

C. 16. p. 1060. seqq. C. 17 p. 1075. & seqq. C. 18.
 p. 1098.

176. Denique & *Benedictio*, a Sacerdotibus, solenni ritu, e *Suggesto*, elevatis manibus, in cœtu Synagogico impertita, atque sic cultus synagogicus finitus est.

177. Præter Synagogas, Sapientia studiosi, aliisque sanctioris vita, feliciorisque fortis homines, *Sacraria* sua *domestica* habebant, in superiori ædium parte, *Cenaculum* dicta, fenestrarum apertis versus cœli cardinem, in quo Templum erat collocatum, iisque adminiculis, quæ pietatis aut litterarum studia requirebant, instructa.

178. Atque in ea se conferebant, non tantum quoties soli, Deo & conscientia testibus, per familiariores precationes, cum Numine commercium colebant, aut seriis meditationibus rerum divinarum incumbebant, sed etiam ubi cum aliis de Legi divina colloqui, ejusque sensibus disputare, aliisque lacris exercitationibus vacare volebant.

ART. IX. DE SYNEDRIIS.

179. *SYNEDRII* nomine, vel *Dicasteria*, vel *Academie* Judæorum, veniebant.

180. Pro *Dicasteriis* accepta, *Synedria*, confessus notabant judiciales, atque trium erant generum: Aliud *Magnum*, imo

Ma-

176. VITR. C. 20. p. 119. seqq.

177. VITRING. L. I. P. I. C. 6. p. 145. seqq.

Maximum, idque unicum; alia *Minora*, quæ pro diversitate Membrorum, iterum duplicis generis erant; *Majora* XXIII. & *Minima* III. Virorum.

181. Synedrium *Magnum*, sive *Maximum*, Senatus erat, sive Dicasterium, Hierosolymis residens, ex LXX. Senatoribus, nec non Praefide, qui *Princeps* salutatus, atque Vice-Praefide, qui *Pater Domus Judicii* dictus, denique *Sapiente*, utriusque adjuncto, constans, quod universum repræsentabat Israelem, atque de causis maximi momenti, tam sacris, quam profanis, magna auctoritate, decernebat.

Not. 1. Originem Synedrii ab instituto Mosis, jussu divino, Seniores LXX. in memoriam Capitum a JACOBO in Ægyptum adductorum, curam populi gesturos, ejusdemque Judices futuros, feligentis.

2. Senatores cum ex omni Tribu, tum in primis ex Sacerdotibus & Levitis, ceu Legis maxime peritis, & quidem Presbyteros sive Seniores, non tantum ætate, sed & sapientia eminentes, atque in aliis jam urbibus ac Synedriis minoribus Judicis munere functis,

H 2

antea

181. Num. XI. 16. Deut. XVII. SELDEN. de Synedriis L. II. C. 4. WISTII Diss. de Synedriis Hebraor. §. 19. 31. 32. 35. 36. 46. 47. 48. 49. 50. 54. 59. 60. 63. 66. 70. RELAND. P. II. C. VII. §. 2. 9. LEYSER. Medit. ad π. Specim. VI. M. 3.

- antea per manuum impositionem initiatis,
a Synedrio, collatis suffragiis, electos esse.
3. *Confessum* hoc synedrium in Templo secundo
habuisse in Conclavi *Gazith*, atque Semi-
circulum formasse; in medio Principem, ad
dextram ejus Patrem Domus Judicii, ad fini-
stram Sapientem, ad utrumque latus ceteros
Senatores, conseditisse, denique duos Scri-
bas, suffragia adnotantes, adstitisse: Tem-
pus Sessionis a Sacrificio iugi matutino ad
vespertinum fuisse: ordinem quoque in rogan-
dis sententiis certum & decorum servatum,
in capitalibus ab imo ad summum, in aliis
ex adverso. Tandem vero, cum Judicia ca-
pitalia ipsis ademta essent, istud inde in Ta-
bernas, in monte Templi existentes, migrasse.
4. Auctoritatem ejus longe maximam fuisse,
sive *causas* in eo tractatas, sive *personas* ei-
dem subjectas, sive *sententiarum* ab eo pro-
nunciatarum valorem & efficaciam splices.
5. *Causas* in eo tractatas omnes majoris mo-
menti fuisse, tam *Sacras*, ad religionis exer-
citium dirigendum spectantes, quam *Profa-
nas*, easque tam *Publicas*, negotia belli &
pacis, resque totius Populi non minus ac
singularum Tribuum, quin & urbium, at-
que Synedria minora ordinanda, concer-
nentes, quam *Privatas*, cum primis ad Ju-
stitiam administrandam, de Jure responden-
do, atque poenas capitales irrogando, per-
tinentes.
6. *Personas*, eidem subjectas, fuisse cujuscunque
gene-

generis ac dignitatis, cum Sacerdotes, etiam summum, tum etiam Prophetas, quodam modo & ipsum Regem.

7. *Sententiarum tantum fuisse valorem, ut sine ulla provocatione executioni mandandæ fuerint. Ad iustitiam vero sententia populo manifestam reddendam, & finem poenarum obtinendum, Reo Praeconem prævissè, atque magna voce & supplicium ejus subeundum, & flagitium istud promeritum proclamasse, sed & Defensorem, si quis esset, provocasse. Denique Contumaciæ poenam flagellationem, aliquando & mortem fuisse.*

182. *Synedria Minora erant Senatus five Dicasteria XXIII. Virorum; qualia in omnibus Civitatibus majoribus, in quibus plures, quam CXX. Patresfamilias existabant reperiebantur; duo autem Hierosolymis, erant, quorum alterum ad ostium Montis Templi, alterum ad ostium Atrii, considerabat.*

Not. 1. *Modum confidendi* talem fuisse: Formasse dimidium circuli, in medio sedisse Praesidem, ad dextram ejus Vice-Praesidem, ad sinistram Sapientem; ab utroque latere Judices reliquos, cum duobus Scribis: infra confessisse tres ordines Discipulorum, five Candidatorum paris numeri, ex quibus, in causa dissensus, primarius, ad augendum numerum fuerit adscitus.

H 3

2. Cau-

182. 183. WITS. de Synedr. §. 8. 10. II. RE-LAND. Z. 12. 13.

2. *Causas* omnis generis in hoc confessu disceptatas, paucis exceptis, Synedrio Maximo reservatis.

183. Minimum denique fuit *Judicium Trium Virorum*, quod de causis pecuniariis ac delictis levioribus judicavit.

184. *Academica* Synedria, sive *Academie*, Scholæ fuerunt publicæ, in quibus summi nominis Doctores, publica totius Gentis aut Civitatis auctoritate muniti, Legem divinam traditionesque docendo professi sunt.

185. His sua fuerunt *Auditoria*, pro Doctorum Discipulorumque conditione, vel majora, vel minora; instructa *Cathedris*, in quibus Doctores federunt, & per Interpretes concionati sunt, aut disputatione accesserunt *Subsellia*, a Collegis Doctoris, ceterisque viris doctis aut studiofis divinæ legis occupata, eaque cancellis munita, extra quas auditoribus de vulgo, qui disputationibus aut concionibus Doctorum audiendis delectabatur, consistere dabatur.

186. Ad hujusmodi *Scholam* celebrioris notæ constituendam fere quæsitæ sunt haæ Personæ necessariæ: *Doctor*, per *Synedrii* auctoritatem ad eam dignitatem promotus; *Interpres*, ipso sapientia & conditione minor, qui ipsius verba Auditoribus exposuit; *Collegæ*, qui dubia ipsi moverunt, iisque,

Sy-

Synedrio sive Dicasterio forensi assidentes; Studiosi, qui ipsius disciplinæ operam dederunt; & Ministri Academiae, qui necessitatibus Scholæ prospexerunt, aliaque officia necessaria Doctori ac Discipulis praestiterunt.

187. Modus vero docendi hic fuit, ut College, viri docti, studiosique juvenes questionem super hoc vel illo argumento moverint: Doctor vero per Interpretem ad illam prolixius responderit; vel etiam ut Doctor ipse questionem a se motam latius exposuerit, & in illius expositione in quævis similia argumenta expatiatus sit.

TIT. V.

DE

ECCLESIA NOVI TESTAMENTI, SIVE
CHRISTIANA, EJVSQVE ORIGINE
ET EVNDATIONE SVB CAPITE
CHRISTO.

Veteris Testamenti Ecclesiæ ECCLESIA
successit NOVI TESTAMENTI: cu-
jus conditor & fundator est CHRISTVS,
Sacerdos, Servator mundi, triplici offi-
cio,

H 4

cio,

- I. Conf. de triplici Christi officio B. F. R. BVDDEI
Compend. Instit. Theol. Dogmat. L. 4. C II.
§. 29. & de differentia Veteris & Novi Te-
stamenti HERM. WITSII Ocon. Fæd. L. 3.
C. II. §. 2.

cio, *SVMMI SACERDOTIS, PROPHETÆ & REGIS*, conspicuus: qui adeo & *Caput novæ* hujus Ecclesiæ, *Christiane*, ab ipso deinceps appellata, merito censetur.

Not. *Novi Testamenti Ecclesiam* ab Ecclesiæ *Veteris Testamenti* in eo potissimum differre, quod *haec Messiam* demum adventurum, atque *Expiationem* peccatorum, per eum aliquando perficiendam, variis typis, cum primis sacrificiis, adumbratam ac præfiguratam, reprobaverit: *illa vero Christum exhibeat præsentem, atque expiationem peccatorum reconciliationemque hominum cum Deo, per effusum ejus sanguinem ac mortem, jam consummatam.*

2. *Nimirum CHRISTVS, Filius Dei, sicuti in hunc finem de cœlo in terram descendit, ut, tanquam SVMMVS N. T. SACERDOS, peccata mundi, per sanctissimum corporis sui sacrificium, Deo Patri morte sua oblatum, expiaret, atque hoc pacto homines Deo reconciliaret:*

3. Ita quin idem etiam, ceu *REX* divinitus unctus, *REGNUM* aliquod *SPIRITUALE*, multo illustrioribus gratiæ prærogativis, quam Regnum V. F. gaudens, in

2. DAN. VII. 13. 14. MATTH. III. 2. IV. 17.

LVC. XVII. 20.

Conf. WITSII Exerc. in Orat. Domin. IX.

§. 7. 11. seqq.

3. 1. COR. XV. 24. seqq. WITS. §. 15.

in his terris condere voluerit, in cœlos aliquando evehendum, atque hinc *REGNUM COELORVM* appellatum, Novi Testamenti tabulæ dubitare non sinunt.

Not. 1. Regnum Dei quidem, tam internum, quam externum, in Veteri Testamento jam obtinuisse; ab Hebræorum quoque Magistris internum Dei timorem atque amorem *REGNUM COELORVM* completum vocari: At *REGNUM* illud *DEI* sive *COELO-RVM*, quod Novi Testamenti tempore demum illuxit, plane peculiare & veluti novum, ob novas easque illustriores Gratiae divinae prærogativas, ab adventu Messiae provenientes, merito censendum.

2. *REGNUM DEI* in Evangelio notare statum illum eximum & vere liberum Ecclesiæ Testamenti Novi sub Rege Messia, eumque tam quoad formam *externam*, in prædicatione evangelii & administratione sacramentorum, quin & disciplina ecclesiastica; quam *internam*, in fide & pietate, sive sanctitate, & justitia, amicitiaque cum Deo, indeque nata pace ac lætitia spirituali, consistentem.

3. *REGNO* huic *GRATIAE* successorum tandem *REGNUM GLORIAE*, h. e. beatissimum Ecclesiæ triumphantis in cœlis statum.

4. Atque hoc *REGNUM COELO-RVM*,

Conf. WILH. ZEPPERI Polit. Eccles. Prefat.
General. p. 2.

RVM, nihil aliud est, quam illud ipsum
Corpus mysticum, quod **ECCLESIA** deinceps
salutatum est, i. e. coetus hominum,
ex Judæis & Gentibus evocatus, atque ad
salutem æternam, per pœnitentiam &
fidem in Christum, Servatorem mundi,
consequendam, gloriamque Dei in æter-
num illustrandam, collectus, arctissimo
Membrorum amore, cum Deo pariter ac
inter se, sub Capite suo Christo, unitus.

5. **REGNI** hujus **SPIRITALIS**, vel si mavis,
ECCLESIAE, fundamenta jacturus **CHRISTVS**
primum ipse munus **PROPHETAIE**, sive
DOCTORIS, solenni ritu, prævia divina
inauguratione, in baptismo suo, ad istud
veluti ordinatus ac consecratus, suscepit:
atque adeo **EVANGELIVM** de Regno
cœlorum appropinquante, in Ecclesia Ju-
daica, prædicavit, idemque miraculis,
ad fidem & auctoritatem doctrinæ conci-
liandam, accommodatis, firmavit.

6. Doctrina ipsius eo potissimum spe-
stabat, ut homines 1) ad *Pœnitentiam*
agendam, sive mentem emendandam;
2) ad *Fidem* in se, tanquam Messiam ac
Servatorem mundi, ceu unicum medium
reconciliationis cum Deo, & æternæ Salu-
tis consequendæ; denique 3) ad *Amorem*
Dei & Proximi, ex eadem profluentem, do-
cendo adduxit: sed & ad hos fines facilius
obtinendos, Religionem a variis errori-
bus, in Ecclesia Judaica invectis, repur-
garet.

7. Hac

7. Hæc doctrina ipsius ut eo felicius propagaretur, non solum *Ipse* per universam fere Judæam docuit, sed & ab initio statim muneric sui, more aliorum Doctorum, *DISCIPULOS* sibi adscivit, ac præ ceteris eos salutaribus doctrinis de Persona sua & Officiis, ceterisque rebus, ad salutem æternam scitu necessariis & utilibus, instruxit, atque adeo idoneos, ad doctrinam Evangelii sui ulterius propagandam, eos reddidit.

8. Hoc pacto igitur jam *ECCLESIA* quædam enata est: quæ quidem ab initio nihil aliud fuit, nisi Societas privata, inter *CHRISTVM*, ceu Doctorem, & *DISCIPULOS* selectos, inita; quibus tamen & alii plures de populo sensim sese ad socia- runt, frendentibus licet ac refragantibus Pharisaïis ac Legisperitis.

9. Neque etiam Christus cum Discipulis suis statim se ab Ecclesia Judaica ejusque sacris separavit, sed & ipse cultui ex- terno Judaico usque ad mortem vacavit, diesque festos Judaicos, maxime Pascha, celebravit, in Templo quoque & Syna- gogis

5-9. *Matth. III. 16. 17. C. XV. 17-25. C. V. &*

seqq. Dn. JO. LAVR. MOSHEIM. Inst. His- tor. Christ. S. I. P. I. C. III. S. 4. 6.

Job. XI. 47. 48. MOSHEIM l. c. §. 8.

*Dn. MATTH. PFAFF. Orig. Juris Eccles. Cap. I.
Art. 2.*

gogis docuit, neque etiam Discipulis ritus Ecclesiæ Judaicæ observare prohibuit.

10. Cum autem nihilominus novam sibi *ECCLESIAM*, a *JUDAICA* diversam, non solum ex Populo *JUDAICO*, sed etiam omnibus reliquis *GENTIBVS* universi mundi, colligere decrevisset, in qua vera salus, per fidem in se, Messiam, obtineri posset, Deus etiam non amplius sub umbra ceremoniarum colendus, sed in spiritu & veritate adorandus esset; & cujus membra per amorem Dei & proximi, ex eadem fide profluentem, arctissime conjuncta essent: *INSTITVTIS* quoque convenientibus eandem instruere fategit.

11. Primum ergo ex Discipulis selectis, ceu primis Ecclesiæ suæ nascentis membris, primos ejusdem *DOCTORES* ac *MINISTROS*, sibi subordinatos, constituit: XII. nempe *APOSTOLOS* deinceps dictos, ac LXXX. alios, *DISCIPVLORVM* nomen retinentes; quibus adeo mandata de Evangelio per universum mundum prædicando dedit, atque simul facultatem miracula edendi

Matth. X. 1. seqq. XXXVIII. 19. Luc. VI. 12.

13. Joh. XX. 21 Dn. CHRISTOPH. MATTH.

PFAFF de Origin. Juris Eccles. Cap. I. Art. 2.

Dn. IO. LAVR. MOSHEIM Instit. Histor.

Christ. Sect. I. P. I. §. 5. 6.

edendi, ad fidem doctrinæ eo facilius conciliandam, largitus est.

* Dic. de ratione hujus numeri.

12. Ante omnia vero modum *Orandi* suos docuit: atque adeo, more aliorum Doctorum, primum sua sponte, occasione sumta ex pravis Pharisaorum precibus; dein rogatu discipuli alicujus, postquam ipse ab oratione surrexerat, certam *precan- di formulam*. in *Oratione*, quam vocamus, *Dominica*, Discipulis prescripsit.

13. Deinde & *INSTITUTA* quædam peculiaria, ad externum religionis exercitium pertinentia, sed Evangelio suo convenientia, ansa quidem capta a ritibus quibusdam, in Ecclesia Judaica receptis, ordinavit: *BAPTISMVM* nimirum & *SACRAM COENAM*, quæ *SACRAMENTA* deinceps salutata sunt.

14. Et *BAPTISMO* quidem illos, qui verbo Evangelii audientes se præberent, atque adeo Membra Ecclesiæ suæ fieri vellet, more Profelytorum, in Ecclesiam Judaicam recipiendorum, initiandos:

15. *SACRA COENA* vero, in memoriam mortis suæ, pro salute hominum subeundæ, ritu cœnæ Paschalis ad sanctissimum cor-

12. 15. Matth. VI. 9. Luc. XI. 1. WITSII
Exerc. de Orat. Domin. §. 3-10. Matth.
XXVIII. u. C XXVI. 26. sqq. Luc. XXII.
19. sqq. PFAFF. I. C.

corporis & sanguinis sui convivium translato, ab illis, qui Ecclesiæ suæ jam adscripti essent, utendum esse voluit.

16. Denique & *DISCIPLINAM* quandam Ecclesiasticam, sive modum sacra Ecclesiæ beneficia, discrimine observato inter probos & improbos, dispensandi, præsertim improbos coercendi, ansa itidem a moribus Judæorum, in Excommunicationibus receptis, capta, instituit: ut fidei & amoris unio, atque adeo vita & morum sanctitas, evangelio congrua, in Ecclesia sua sartate clæ servaretur.

17. Hinc *CLAVES REGNI COELORVM*, i.e. potestatem, fores Ecclesiæ, per doctrinam Evangelii de pœnitentia agenda, atque salute æterna, per fidem in Christum obtinenda, remissionemque peccatorum, pœnitentibus ac verbo evangelii obsequenteribus, aperiendi vel referandi, atque adeo ad communionem Ecclesiæ eos admittendi: impœnitentibus vero ac refractariis easdem peccatis retentis, occludendi, adeoque ab Ecclesiæ communione tales excluendi.

Not. 1. *Claves Regni Cœlorum* in genere designare, omnem sacri officii potestatem, scilicet, prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, & administrandi sacramenta: quod hoc pacto fores thesaurique Ecclesiæ omnibus pœnitentibus, atque doctrinæ Evangelii conformes se gerentibus, appetiantur.

z. Ad

2. Ad illustrationem hujus explicationis facere, quod *Clavis cum pugillaribus* apud Hebræos insigne fuerit Doctoratus, atque adeo potestatem designarit docendi ac decidendi, quid licitum vel illicitum sit. Hinc de R. SAMVELE relatum: *Poſt mortem ejus posuerunt claves & pugillares ejus in loculo, eo quod non meruerat habere filium.*
3. Specialem potestatem remittendi ac retinendi peccata, sub *Clavibus R. C.* itidem comprehensam, aliis verbis, a tropica *Clavium* dictione diversis, in Sacris exprimi; nempe vocibus *ligandi* ac *solvendi*, in Excommunicationibus Hebræorum satis usitatis, ubi absolutionis formula hæc adhiberi suevit, *Solutum & condonatum est tibi: Quæ loquutio adeo, ad solam remissionem & retentionem peccatorum speciatim pertinens, cum loquitione altera itidem tropica, a Clavibus desumpta, atque generalem sacri officii potestatem denotante, non est confundenda.*

§. 18. Cir-

17. Matth. XVI. 19. XVIII. LIGTFOOT Hor. Hebr. ad Matth. XVI. 19. PFAFF l. c. not. b. August. Confess. Art. VII. Abus. B. FECHT. de Clave Solv. & Lig. Sect. I. §. 14. p. 37. sqq. PFAFF. l. c. p. 23. SEB. SCHMID Disp. Theol. Philol. XII. p. 711, seqq. FVE. de Habitu Relig. S. 23.

18. Circa *Exclusionem* tamen membris ab Ecclesiæ communione gradus observari voluit. *Qiaλανθεωνος* Servator noster, tales fere, quales apud Judæos in coercitionibus & excommunicationibus peccantium observari solebant, atque adeo sequentem in modum procedi voluit:

19. Si scilicet frater in fratrem peccaverit, primum seorsim & remotis arbitris laudentem a læso amice corripiendum atque admonendum: quodsi frater audientem se admonenti haud præbeat, adhuc duos vel tres adsumendos, atque, his præsentibus ac testantibus, admonitionem repetendam: quodsi neque sic resipiscat, Ecclesiæ esse denunciandum: quod si vero neque Ecclesiæ admonitioni obtemperet, tunc demum, instar ethnici & publicani, a confortio suo, veletiam ab Ecclesiæ communione excludendum.

20. Ex

18. 19. *Matth. XVIII. 15. seqq.* *H. GROT.* *Not h. l. CAMP. VITRINGAE de Synagoga Vet. L. I. C. 2. p. 97. L. III. P. 1. C. 9. p. 730. seqq. & C. 10. p. 753. 754. Dn. PFAFF l. c. Not. (g) ubi *THOMÆ ERASTI*, *Medici olim & Consiliarii Ecclesiastici Heidelbergensis*, *IO. SELDENI*, *IO. LIGHTFOOTII*, *CHRIST. THOMASII*, & *IVSTI HERM. BOEHMERI*, sententias curatius examinat. *Addi. Supra Tit. IV. §. 157. PVFEND.* *de Habitū Relig.* §. 23. ubi *LIGHTFOOTI* sententiam fere approbat.*

20. Ex dictis liquet, *Ecclesiam Christi*, non solum ex mente & voluntate Christi, sed & ex natura & indole sua, non nisi *Societatem æqualem esse*: ita quidem, ut pars eius *Ministrorum*, *Evangelium nempe docentium atque Sacra menta administrantium*, munere fungeretur; pars vero haec tenus *Auditorum per doctrinam evangelii & sacramentorum usum*, ad salutem æternam perducendorum, numero haberetur.

21. Proinde nec ullum *Imperium*, sive Regimen cum potestate cogendi, in Ecclesia sua locum habere Christus voluit: atque adeo omnem imperii aut superioritatis affectionem Discipulis suis interdixit.

22. Et licet, *Regem se esse*, Regnumque aliquod per verbum Evangelii sese conditum, non dissimularet, attamen satis testatum fecit, *Regnum suum non esse de hoc mundo*, sed *spirituale seu Regnum veritatis*, adeoque se non esse talem *Regem*, quales sunt Imperantes hujus mundi; quin & *subjectum se Cæsarum Romanorum Imperio*, censum quoque pro se & Discipulo Petro dando, testatus est.

I

23. Sed

21. 22. LVC. XXII. 25. MATTH. XX. 25. seq.

MARC. X. 42. seq. IOH. XVIII. 37. PV-
FEND. de H. R. §. 13. & seqq. ibique KRESS
ad h. S. n. 4. Dn. PFAFF. de Orig. Jur. Eccles.

Cap. I. Art 3.

23. Sed neque Potestatem *Legislatoriam* sibi arrogauit, dum nullas Leges vel civiles vel criminales unquam tulit, sed divinas naturales duntaxat rectius, quam a Pharisæis & Legis peritis factum erat, interpretatus est: neque etiam Potestatem *Judicariam*, sibi sumxit, dum nec in causa civili, nec criminali, judicem aut arbitratorem agere, atque jus dicere voluit.

24. Ceterum licet *Ecclesia* hæc *CHRISTI* nascens, per consociationem Discipulorum cum Christo, & peculiarem doctrinam, prædicationemque Evangelii, quodammodo *Visibilis* redderetur:

25. Attamen pars manebat *Ecclesiæ Judaicæ*, quatenus Christus & que ac Discipuli sacris ejusdem utebantur, atque institutis *Judaicis* sese conformabant; quamvis de cetero communio ipsorum & doctrina peculiaris, ab Ecclesiæ *Judaica* capitibus recedens, a Judæis reprobaretur, atque adeo etiam unio ipsorum, per fidem in Christum & amorem, haec tenus ad *Ecclesiam* pertineret *Invisibilem*.

TIT. VI.

**B3. MATTH. V.-VII. LVC. XII. 13. 14. IOH.
VIII. II. PVF. de Hab. R. S. 13.-18. ibique
KRESS in Comm.**

TIT. VI.

DE

ECCLESIA CHRISTI APOSTOLICA
ART. I. DE FUNDATIONE ECCLESIAE APO-
STOLICAE.

I.

ECCLESIA, a CHRISTO plantari cœpta,
post ipsius in cœlos Ascensionem,
atque effusionem Spiritus S. in Apostolos,
die Pentecostes factam, maxime effloruit,
atque in numerosissimos cœtus, jam Apo-
stolorum ætate, excrevit: qua in parte
cum *Apostolorum* opera & auctoritas ma-
xime eluceret, prima hæc CHRISTI Ec-
clesia APOSTOLICA cognominari sivevit.

2. Ab initio *Ecclesia* hujusmodi una tan-
tum fuit, nempe HIEROSOLYMITANA:
quippe quæ universitas erat fidelium, *Hie-
rosolymis* ex *Judæis*, in *Christum* credenti-
bus, ab Apostolis collecta, atque eorum
dem auctoritate gubernata.

3. Constatbat hæc, die Pentecostes, pri-
mum 120. utriusque sexus personis, in
cœnaculo quodam congregatis: Sed miri-
fice deinceps amplificata est; cum eadem

I 2 die,

2. Dn. BOEHMER *Orig. Jur. Eccles.* Cap. I.

§. 4.

3. *Att. II. 41. 42. IV. 4. PHIL. IAC. HART-*
*MANN de Reb. gesl. Christianor. sub Apo-
st. Cap. IV. p. 74.*

die, oratione Petri, 3000. & brevi post, ejusdem Apostoli oratione, in Templo pronunciata, 5000. ad Christum conversa sint; imo indies fere Christo nomina dantes accefferint.

* An ex solis civibus Hierosolymitanis, an & extraneis, Ecclesia hæc coaluerit.

4. Successu temporis, etiam *extra Hierosolymas*, tam e Judæis, quam ex aliis Gentibus, in variis provinciis ac civitatibus, Ecclesia hujusmodi; Apostolicam de Christo doctrinam amplexæ, coaluerunt: Unde plures Ecclesiæ Apostolicæ particulares passim enatae sunt.

* Not. Ecclesiæ hujusmodi, in sacris tabulis memoratas, vel ab integris provinciis denominari; veluti in Asia, Ecclesiæ *Judeæ*, *Galileæ*, *Samarie*, *Phœnicie*, *Syriæ*, *Asie minoris*, *Ponti*, *Galatia*, *Cappadocia*, *Bithynia*, *Cilicia*, *Troadis*, *Phrygia*, forte & *Arabia*; nec non in Europa, *Macedonie*, *Achaje*, *Dalmatia*, & *Illyrici*: vel a certis urbibus, uti, *Samaritana*, *Asdodi*, *Lydda*, *Sarone*, *Joppe*, *Cæsarea*, *Ptolemaidis*, in Palæstina;

Antio-

3. 4. V. PHIL. IAC. HARTMANN de Reb. *Gest. Christ.* sub *Apost.* Cap. IV. seqq. VII. p. 107. seq. IO. ALE. FABRIC. *Salut. Lux. Evang.* toti orti exor. C. V. p. 83. seq. TH. SMITH & CHR. CELLAR. de Sept. Eccles. Asie. PFAFF de Orig. Jvr. Eccles. Cap. II. Art. 2. (ggg).

Antiochena, Hieropolitana, in Syria, & Damascena in Cœlesyria; septem illæ Ecclesiæ Apocalypticæ, Ephesina, Smyrnensis, Pergamena, Thyatirensis, Sardensis, Philadelphiæ, & Laodicena, in Asia minori; & præter has, porro Tarsensis in Cilicia, Pergensis in Pamphilia, Antiochena & Attalica in Pisidia, Iconiensis, Derbensis, & Lystrensis in Lycaonia, Assensis & Troja in Phrygia minore, Colossensis in Phrygia majore, Milesia in Caria, Patarenis in Lycia; in Europa Neapolitana, Philippensis, Amphipolitana, Apollonica, Thessalonicensis, Berrhœnensis, Macedonia; Atheniensis, Corinthiaca, & Cenchreensis, Achajæ; Romana & Puteolana Italia; denique Insulanæ quædam vel ad mare sitæ, Cyperi, Salaminia & Paphica, Tyri, Cretæ, Samothracie, Lesbi, Chii, Sami, Trogyllici, Coi, Rhodi, Pathmi & Melite.

5. Evidem Hierosolymitana Ecclesia nondum prorsus fese a Judaica Ecclesia separabat, sed pars ejus, stante Templo, aliquantis permanebat. Hinc Membra ejus, æque ac ipsi Apostoli, Templum ac Synagogas frequentabant, Precibus publicis atque Lectioni Legis & Prophetarum in iis vacabant, sabbathum quoque ac festa cum reliquis Judæis celebrabant, circumcisionem usu servabant, ceterisque Legis Mosaicæ ritibus ac moribus patriis tenaciter inhærebant.

6. Nihilominus universitas hæc, *ECCLÉSIAE*, Membra autem ejus *Fidelium*, *Discipulorum*, *Fratrum* & *Sororum* nominibus in sacris N. T. tabulis perpetuo salutata sunt.

7. Hac quoque in parte in primis *Fideles* isti a Judæis sese distinxerunt, quod doctrinam Evangelii amplexi, in *I E S V M C H R I S T V M*, ceu verum *M E S S I A M*, crederent, inque ejus nomine baptizarentur; quodque, per fidem & charitatem uniti, peculiare veluti *Corpus* formarent, atque adeo peculiares suas congregations in ædibus privatis instituerent, denique, juxta cum Agapis suis, *Cœna Domini* conjunctim ute rentur.

8. Hoc autem peculiare habuit Ecclesia Hierosolymitana, quod *Bona omnia Fidelibus fuerint Communia*, quippe qui pietate permoti, usu exigente & necessitatibus illius temporis, facultates suas vende bant, pecuniasque conferebant, ut inde singulis ea, quibus indigerent, distribueren tur.

9. Eadem fere ratio, excepta bonorum com-

5.-7. *Art. II. 44. 48. IV. 32. VIII. 1. IX. 26.*

30. 31. BOEHMER Diff. de Vet. Eccles. Sta-

tu §. 7. 8. & *Orig. Jur. Eccl. C. I. §. 5.*

PRAAFF Orig. J. Eccl. C. II. Art. 1. (b).

8. *Art. II. 44. 45. IV. 32. 34. MOSHEIM.*

Inst. Hist. Chriſt. Sect. I. P. I. §. 4.

communione, erat Ecclesiarum, *extra Hierosolymas* ex Judæis passim collectarum: quippe quæ, in *sacrorum Judaicorum communione* itidem persistebant, quam diu a Judæis infidelibus tolerabantur; quamvis de cetero in unitate fidei cum fidelibus, Christo addictis, manerent, atque doctrinæ Apostolicæ conformes sese gerere conarentur.

10. Procedente tamen tempore factum, ut *Ecclesia* hujusmodi, **C H R I S T O** addictæ, ab Ecclesia *Judaica* prorsus secederent, atque adeo *peculiares cœtus* *conventusque* suos, *sacrorum causa*, instituerent: idque tum ex ea potissimum ratione, quod Ecclesia ex Gentibus quoque coalescere cœperint, hæque ad sacra Judæorum non admitterentur; tum quod infideles Judæi fideles amplius tolerare nollent, sed persequerentur.

* Not. 1. Prius *Antiochiae* in *Syria* primum contigisse, ubi magnus Græcorum numerus ad Christianum conversus est; qui cum fidelibus Judæis accenseri non possent, fideles hi e Gentibus primo omnium ibi **C H R I S T I A N I** salutati sunt.

2. Posterioris mutationis initium *Antiochiae* in *Pisidia* itemque *Ionicæ* & *Lysire*, factum,

I 4 unde

10. *Aet. XI. 20. 21. 26. XIII. 45. 50. HARTMANN. I. c. C. II. p. 54. seq. BOEHMER.*

Diss. de Ver. Eccl. statu §. 8. 9. p. 433. seqq.

PEAFFE C. II. Art. 1.

unde fideles e Judæis separatas ab infidelibus
Judæis rationes habere coacti sunt.

3. Accessisse tandem & destructionem Templi,
atque hinc quoque sacra ejus cessasse.

ART. II. DE STATV CVM PRIMIS ORDINE
ECCLESIARVM APOSTOLICARVM VNI-
VERSIM.

II. Cum igitur hoc pacto novæ & pecu-
liares, tam ex *Judeis*, quam ex *Gentibus*,
ad Christum converfis, enascerentur *Ecclesie*, a Judaica diversæ: hinc & *Status* ea-
rundem, præsertim *Ordo decens*, tum quod
ad *Personas*, earumque *officia* aut *ministe-
ria*, tum quod ad ipsum *Religionis exer-
citium*, tum quod ad *Regimen ac Discipli-
niam*, ita formandus fuit, ut omnia *ordine*
& *decenter* fierent, omniaque ad salutem
ejus dirigerentur.

* Not. 1.) *Status* nomine hic non venire Rem-
publicam, uti apud PUFENDORFF. in Tr.
de *Habitu relig. ad Statum* §. 30. nec qualitatem Personarum, cuius ratione homines di-
versis juribus utuntur, uti in π. de *Statu ho-
minum*: sed *Instituta Societatis* alicujus, quæ
vel ad *Ordinem* vel ad *de Decorum* pertinent,
& vel *Personas*, vel *res*, vel *actiones*, respi-
ciunt, earumque convenienter inter se relatio-
nem, ad finem Societatis determinatam.

2.) In

II. 1. Cor. XIV. 40. BREITHAVBT de *Ordine*
in Ecclesia serv. C. I. BOEHMER Diff. Prä-
lim. de *Suprema Lege Eccles.* §. 8.

- 2.) In omni Societate, quæ ex certis constat personis, a quibus certa negotia, propter certum finem, sunt expedienda, non solum ordinem requiri, sed & decorum plerumque observari, ut finis eo felicius obtineatur. Utrumque & in Ecclesia, ex monito Apostoli, observandum.
- 3.) Ordinem in Ecclesia generatim consistere in convenienti quadam dispositione & personarum & actionum & rerum, ad Ecclesiam religionemque spectantium, eaque, quod ad circumstantias suas, ita determinata, ut finis es facilius obtineatur.
- Ordinem igitur Personarum in Ecclesia consistere in convenienti officiorum aut ministeriorum, ad finem Ecclesiae, ac religionis, potestatisque ac existimationis, cuique intuitu officii convenientis, determinatione, & hinc nata differentia ipsarum personarum.
- Ordinem vero in Cultu divino, nec non Regimine Ecclesiae, consistere in convenienti personarum actionum & rerum, eo spectantium, praesertim ratione loci, temporis ac modi, dispositione, atque ad finem determinatione.
- 4.) Illustrari haec per tradita a Theologo magni nominis sequentia: *Ordo in Ecclesiae est apta rerum ecclesiasticarum, pedagogice spirituallum, convenientia, tum inter se, tum ad integrum. Postulat quivis ordo non tantum, ut aliqua salem ipsius proportio in rebus fulgeat; sed ut apte concinne ac vere singula, vel quod ad mutuum respectum, vel*

quod ad rei integratatem attinet, sint composita. Namque vana est dispositio, & ornementum vel maximum unius partis, separatum spectaculo, irritum est, nisi cum universa re conveniat, eamque ornet ac solidorem faciat. Hujus vero accurati, & ubique servandi ordinis necessitas, tanta est in Ecclesia, ut eo posthabito, ex opposita confusione primarius etiam salutis ordo multis modis impediatur.

5.) *Decorum* generatim consistere in signis externis internae virtutis aut venerationis erga alios, gratiorem ac fini convenientiorem formam negotio conciliantibus. *Decorum* ergo in Ecclesia observari, si omnes circumstantiae personarum actionum & rerum, circa externum religionis exercitium, ita sint determinatae, ut inde tanta pietas, devotione ac veneratio erga Deum eluceat, quantam negotium summae gravitatis ac dignitatis, quale est Religio, requirit.

6.) *Ordinis* pariter ac *Decoris* gratia, in Ecclesia certa introducenda fuisse *Instituta*, circumstantias personarum, actionum & rerum, circa externum religionis exercitium, varie intuitu finium, determinantia; atque adeo ceu media vel adminicula, ad fines religionis felicius obtinendos accommodata: qualia *Ritus* & *Ceremonia* appellari sverunt.

7.) *Instituta* talia vel *necessaria* esse, quæ vel ex ipsa natura Religionis aut Ecclesiæ fluunt, vela Christo ipso aut Apostolis ordinata sunt:

vel

vel *arbitraria*, quæ ab Ecclesia ejusve Re-
ctoribus salutari consilio introducta sunt.

12. Sed illud ante omnia hic dispicien-
dum: Utrum Apostoli Apostolicique Viri
libere statum harum Ecclesiarum forma-
rint? an vero exemplar quoddam, cui or-
dinem earundem ac instituta conforma-
rint, ante oculos habuerint? Quia de re va-
riæ extant Doctorum sententiaz.

37. Plerique, institutis Ecclesiaz *Judaicæ*
Christianarum Ecclesiarum instituta con-
formata esse, existimant: qui tamen itidem
in diversas abeunt partes.

14. Alii e *TEMPLO JVDAICO* origi-
nes eorundem repetunt, rati, *Sacerdotium*
Cultumque Sacerdotalem Templi in Ecclesiam
Novi Testamenti translatum esse.

* Not. 1. Occasionem huic sententiaz dedisse;
1.) *Cultus N. T. in scripturis V. & N. T.*
ESA. LVI. 7. XIX. 21. Rom. XII. 1. 1. Petr.
5. 9. *Apoc. 1. 6. v. 10. descriptionem*, voci-
bus & phrasibus, e cultu Templi desumptis,
factam; 2.) *Comparationes hinc inter Sacra*
Veteris & Novi T. a primis Ecclesiaz Patri-
bus bona fide institutas; 3.) *Oblationes pa-*
nis & vini ad usum S. Coenæ, sacrificii no-
miae, æque ac ipsum Corpus & sanguinem
Christi, ceu sacrificium, pro peccatis Deo
oblatum, ac per symbola ista exhibitum, in-
signitas, 4.) *Insignem inter Sacerdotes &*
Episcopos aut Presbyteros, itemque inter Le-
vitas & Diaconos, tam ratione subordina-
tionsis,

tionis, quam ratione muneris, convenientiam. (a)

Not. 2. Sententiam hanc primum *Patribus Ecclesiae*, saltem a Sec. III. & IV. fese probasse. TERTULLIANVM (b) quidem *Episcopum* jam *summum sacerdotem* appellare, ut tamen & *Laicis sacerdotium* tribuat. In primis vero CYPRIANVM (c) *Episcopos & Presbyteros* passim *Sacerdotes* vocare, iisque

14. (a) V. IVSTIN. MARTYR. *Apol.* 2. ad *Anton.* & *Dialog.* cum *Judeo Tryph.* IRENAE. *advers. Heres.* L. IV. c. 34. BOEHMER de *Jure Laic.* *Vacer.* §. 3. 4. VITRING. de *Synag.* *Proleg.* C. 2. p. 7. seqq. (b) de *Baptism.* C. 17. (c) *Lib.* 1. *Epist.* 1. & 2. (d) *Epist.* ad *Evagr.* Tom. II. fol. 117. (e) CAP. VITRING. de *Synag.* *Vet. Proleg.* C. 2. p. 10. 11. (f) de *Episcopor.* & *Metropolit.* Orig. (g) *Diff.* de *Jure Laicorum Sacerd.* C. 3. §. 20. p. 238. seqq. *Diff.* Cyprian. X. p. 7. seqq. & *Lib.* *A Discourse concerning the one altar and the on priesthood.* (h) *Diff.* de *Ecclesiastice Hierarchie originib.* P. 1. C. III. p. 187. seq. (i) de *Diacon.* & *Diaconiss.* C. 2. p. 17. (k) in *Tr.* de *Summo Pontifice,* & de *Can. fidei* *Lib.* 3. C. 1. 2. 3. (l) *Suppl.* aux. *Ceremonie des Juifs* C. 5. (m) *Add.* VITRING. 1. c. Cap. 2. 4. 6. & PFAFF. 1. c. art. 3. not. (b).

que sacrificiorum & hostiarum oblationem tribuere, jura quoque & privilegia, auctoritatemque eorum ex juribus ac privilegiis Sacerdotum V. T. confirmatum ire. Quin & HIERONYMVM (d) diserte scribere; Et ut sciamus, traditio[n]es Apostolicas sumtas de Vetere Testamento; quod Aaron & Fili[us] ejus atque Levitae in Templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vendicent in Ecclesia.

Not. 3. Sequiori ævo præsertim ex quo CONSTANTINI M. beneficio Christianæ Ecclesia mirifice aucta atque ornata est, sententiam istam majores sensim vires atque auctoritatem in Ecclesia acquisivisse: Sacramentum Corporis & sanguinis, Christi, in S. Cœna exhibitum pro sacrificio proprio sic dicto, ab Episcopis vel Presbyteris oblato, venditari cœptum; atque sic incurruentum Missæ sacrificium invectum: pro mensis quoque, quibus symbola panis & vini imposita erant, altaria introducta: Sed & Temp[le] magna-fica extucta, atque aris splendidis, lumini-busque co[n]decoratis, ornata, in quibus sacrificium juge oblatum: denique auctoritatem Episcoporum, ceu Sacerdotum, & cum primis Pape, ceu Summi Sacerdotis, certosque ritus Judaicos in Ecclesia Romano-Catholica inde invaluisse: ut adeo de hac saltem asserendum sit, Schema Ecclesie multo similius Templo, quam Synagoge, evasisse.

Not. 4. Recentiori ætate patrocinium ejusdem senten-

sententia suscepisse in primis IAC. VSSERI-
VM *Æ*piscopum Armachanum, (f) statuen-
tem, *Ecclesiæ* sub V. T. *Gubernationem* per-
missam fuisse *Sacerdotibus & Levitis*; ho-
rum in locum in Ecclesia N. T. successisse
Ministros, Presbyteros & Diaconos: *Sacer-*
dotibus & Levitis sua *Capita* sive *Rectores*
præfectos fuisse; his in N. T. *Episcopos* aut
Archiepiscopos, itemque *Archidiaconos* respon-
dere. Itemque HENR. DODWELLVM (g)
magno studio *Sacerdotium Judaicum* cum
Christiano conferentem, atque tradentem, in
utraqe *Jura & Templi & Synagogarum Ec-*
clesias successisse. His ad stipulari BENED.
BACCHINVM, (h) cum *Politia Judaica*
Ecclesiam itidem conferentem, & afferentem;
Petrum in primis, aliosque etiam *Apostolos*,
in fundandis *Principibus Ecclesiis*, minime
ad formam *Romani Imperii* respexisse, sed
potius *Judeorum Politia* se accommodasse.
Aliosque, & inter hos etiam CASP. ZIEG-
LERVM (i) inter Pontificios vero eandem
sententiam in primis ROE. BELLARMI-
NV M (k) & RICH. SIMONEM, (l) sub
nomine SIMONVILLE, cum pluribus aliis,
tueri. (m)

I5. Alii, easdem Origines potius ad *SY-*
NAGO GAM referunt, existimantes, totum
Regimen

I5. (a) In Annotat. ad *Libros Historicos* N.
T. nec non ad *Epistolas Pauli*, passim.
(b) Hor.

Regimen Ecclesiarum Christianarum, imo totum ordinem sacrorum, ad Synagogarum exemplar conformatum esse.

* Not. Patronos hujus sententiae, praeter HILAI RVM, præcipios esse; H. GRO TIVM (a) IO. LIGHTFOOTVM, (b) IO. SELDENVM, (c) cum primis CAMPEG. VITRIN GAM (d) & complures alios, a VITRINA & Dn. PFAFFIO (e) excitatos (f).

16. Alii denique, ex SYNEDRIO illo Magno Hierosolymitano instituta quædam Ecclesiæ Christianæ, cum primis Regimini s, derivanda esse, censuerunt.

* Not. Inter hos referri IGNATIVM ad Trallianos, & SYNESIVM Ep. 57. In primis vero hoc referendum SIXTVM V. Pontificem Rom. in Constat. de LXX. Cardinalium præciso numero perpetim servando d. a 1586. quamvis in ea Synedrium cum Synagoga manifeste confundat.

17. Hoc saltem vero haud absimile videatur, Instituta quædam, tam ad Personas harumque officia, quam ad ipsum religio nis

(b) Hor. Hebr. in Matth. IV. 23. (c) de Legib. Hebr. Ritual. Lib. I. Diff. 1. Cap. II. Sect. 4. (d) de Synag. Vet. Proleg. Cap. 3. & 5. p. 45. seqq. p. 41. seqq. (e) I. c. not. (d). (f) Add. Dn. MOSHEIM I. c. C. II. §. 9. p. 168. seqq.

16. Conf. VITRINGA I. c. C. 3. & PFAFF. I. c. not. (c) (d).

nis exercitium, nec non *Regimen ac Disciplinam Ecclesiæ spectantia*, ex Ecclesia *Judaica* in *Christianam* translata fuisse; quantum quidem Christianæ religionis & ecclesiæ indoles admisit: ut tamen *SYNAGOGÆ* potius, quam *TEMPLI* sacris & ministeriis ea conformata fuerint. *SYNEDRII* vero vix ratio habita videtur.

* Not. 1. Rationes huic sententiae patrocinantes, has esse: (1.) quod Apostoli virique Apostolici, primas Ecclesiæ ordinantes, fuerint *Judæi*, adeoque haud dubie ex institutis Judaicis in Ecclesiis Christianis retinuerint ea, quæ, salva Religione Christiana, retineri potuerint.

2. Quod *Cultus Templi*, in *Sacrificiis* consistens, *typus* tantum fuerint, unicum istud, idque sanctissimum, N. T. *Sacrificium*, a Christo per semet ipsum in cruce oblatum, adum-

17. V. IVSTIN. MARTYR. in *Dial. cum Tryph.*

P. 344. ATHENAGOR. *Legat.* ad *Anton.* p.

13. IRENAE *advers. Heres.* L. 4. C. 34.

VITRING. l. c. Cap. 2. - 6. & WOLLII *Diff.*

Prelim. Reg. III. & IV. Dn. BOEHMER.

Diff. de Veteri Ecclesiæ statu §. 8. P. 434. &

de Jure Laic. Sacerd. §. 3. 4. HARTMANN.

l. c. Cap. IV. p. 88. seqq. qui dissentit. BVD-

DEI *Diff. de Hierarch. Eccles. Apost.* §. 1. p.

621. Dn. PFAFF l. c. Dn. MOSHEIM. l. c.

C. IV. §. 7. qui tres Theologi sententiam

hanc admodum temperant.

adumbrans : adeoque , hoc exhibito , necessario cessare debuerit , imo Templo destructo , re ipsa cessaverit ; cessantibus vero sacrificiis , Sacerdotium quoque necessario cessare debuerit . Unde consequitur , Sacerdotium , Cultumque Sacerdotalem V. T. in Ecclesiis N. T. salva religione christiana , retineri haud potuisse .

3. Quod *Sacerdotum Sacrificiumque Ecclesiae N. T.* ejusque Membris , in Scripturis S. non nisi in sensu mystico , nec solis *Episcopis* aut *Presbyteris* , sed *omnibus Christianis* , tribuatur : *Episcopi* vero & *Ministri* Ecclesia in scriptis N. T. nunquam directe *Sacerdotes* aut *Levitæ* appellantur .

4. Quod nec alia fuerit mens Patribus I. & II. Seculi : quippe qui , fideles omnes *sacerdotes* esse , crediderint , nec tamen , nisi *sacerdotium spirituale* , & *sacrificia spiritualia* , qualia sunt preces & gratiarum actiones , Deo oblatæ , exemplo styli apostolici , ipsis adscriperint ; dona vero ad usus S. Cœnæ oblatas , nonnisi analogica ac figurata dictione *victimas* aut *oblationes* vocaverint : ut adeo *Sacerdotium Sacrificiumque* proprie sic dictum in *Ecclesia Apostolica* prorsus exulaverit .

5. Quod contra *Cultus Synagogæ* maximam partem fuerit rationalis ac moralis , a Christianæ religionis indole non plane alienus ; quodque adeo Ecclesia Christiana in partibus ritibusque , in quibus Cultus *Templi* cum cultu *Synagogæ* conspirat , etiam cum *Templo* ;

plo; in quibus vero hic ab illo discrepat, cum *Synagoga* potius, quam cum *Templo* faciat.

6. Quod denique usus *Nominum Rituum & Officiorum* in *Synagoga* receptus, in Ecclesia Christiana jam a prima Apostolorum ætate, sit manifestus; quodque etiam *Regimen in Ecclesiis Apostolicis* institutum, ut plurimum a *Regimine Synagogæ* non plane abhorreat; quamvis hoc pro exacta & perpetua illius norma venditari vix queat.

** Not. 2. *Synedrium* cum fuerit supremum Reip. Judaicæ Dicasterium, jurisdictionem exercens in omnia ejus membra; facile intellegi, Ecclesiam Apostolicam eidem adaptari haud potuisse: imo nec *Regimen Ecclesiæ* ex eadem ratione eidem assimilandum.

18. Sed nec desunt, qui Ecclesiam Christianam *REIPUBLICÆ* quandam speciem referre, credunt: atque adeo vel *MONARCHICAM*, (a) vel *ARISTOCRATICAM*,

18. (a) V. ROB. BELLARM. de Rom. Pontifice L. I. C. I. p. 28. DAN. CHAMIER. Panstrat. Cathol. Tom. II. Lib. IX. C. II. §. 16. p. 140. NIC. COFFETEAU de Monarchia Eccles. Cathol. & Rom. MART. BECAN. de Republ. Eccles. PET. DE MARCA Diff. de Fornia Regiminis a Christo instituta in Ecclesia Cap. III. §. 4. p. 299.

TICAM, (b) vel *DEMOCRATICAM*, (c) vel ex his mixtam aut temperatam, formam eidem affingunt, iisdemque formis aliquam in Ecclesia Apostolica jam reperisse sibi videntur.

19. At qui consideraverit, Ecclesiam esse Societatem, a Republica plane diversam, in qua, ex præscripto Christi, omne imperium, quale in Rebus publicis obtinet, prorsus exulare debeat, facile ietelliget, aliquam ex jam dictis Rerump. formis, nec Apostolica Ecclesiæ proprie applicari posse. Quousque vero in Regimine Ecclesiæ analogia quædam hujusmodi formarum locum habeat, inferius disquirendum.

20. Ceterum recte sentire videntur, qui formam quidem Ecclesiæ Apostolicæ illi ætati, qua fuit, convenientissimam, ac in suo genere optimam fuisse, neutiquam tam

K 2

men

(b) M. ANT. de DOMINIS de *Rep. Eccles.* L. 1.
PHIL. IAC. HARTMANN de *Reb. gest. Christi*.
sub Apost. C. 4. & 8.

(c) DAV. BLONDELL. de *Jure Plebis in Regimine Eccles.*

19. PVFEND. de *Hab. Relig.* §. 32. PFAFF l. c.
Art. 3. not. (f) (g) (h) p. 93. Jur. Eccles.
L. 1. C. I. §. 7. BVDD. de Hierarch. Eccles.
*Apost. §. 1. not. *** p. 618.*

20. VITRING. L. 3. P. I. C. 4. p. 664. BOEHMER. de *Extraord. Eccles. primæva statu*.
MOSHEIM l. c. §. 8. p. 166.

men pro universali ac perpetua omnium Ecclesiarum norma habendam, neque omnia Apostolorum instituta, Ecclesiæ primævæ, pro ratione illius temporis, accommodata, indistincte in Ecclesiis nostri seculi locum habere, censem.

ART. III. DE ORDINE AC MVMERIBVS PERSONARVM IN ECCLESIIS APOSTOLICIS.

21. Cum ergo Ecclesiæ istæ societates essent, eo potissimum comparatae, ut homines, per doctrinam evangelii, ad religionem Christianam recte exercendam, cumprimis ad fidem in Christum, & per hanc, salutem æternam consequendam, instruerentur: necessum fuit, ut in illis adessent, qui *Docentium* munere fungerentur, & rursus, qui ab his *condocerentur*; unde duplex ille ordo, *Doctorum & Discipulorum*, sua sponte resultat.

22. Cum vero Religio Christiana, præter doctrinam verbi divini, certa complectatur instituta, tanquam media salutis externa, a Christo ordinata, *Sacramenta* appellata, hæc autem, ut membra Ecclesiæ illis rite ad salutem suam utantur, administratione opus habeant: hinc & *Administris* adsint oportet, *Sacramenta* huiusmodi ceteris administrantes.

23. Cum

21. B. BVDD. de *Hierarch. Eccles. Apst.* §. 1. **
Dn. MOSHEIM *Infl. Hifl. Chriſt. Sec. I.*
P. II. §. 19. p. 303.

23. Cum porro Doctores & Administri Ecclesiae, ut finem suum adsequantur, dispicere quoque teneantur, an & quousque cetera membra doctrinam suam admittant, vitamque & mores ad eam componant, an & mediis salutis rite utantur & religionem Christianam recte exercerant? quod sine *inspectione* ac *directione* fieri nequit: hinc & *Inspectores* ac *Directores* quidam in Ecclesia ut essent, necesse fuit.

24. Cum præterea Ecclesia Christianæ conventus suos certis temporibus instituant, in quibus varios religionis suæ actus exercere solent, in his autem *ordo* quidam ac *decorum* obseruari debeat, ut finis eo felicius obtineatur: etiam hoc intuitu & *Inspectione* & *Directione* in Ecclesia opus fuit.

25. Denique cum & alia sâpe ministeria levioris momenti Ecclesiae sint præstanda, cum primis *bona*, ad sustentationem pauperum, aut alios Ecclesiae usus, destinata, ad ministranda: etiam ad hæc negotia curanda ac peragenda, certi ministri adsint, oportet.

26. Hinc facile intelligitur, variis in Ecclesia Muneribus sive *Officiis* aut *Ministeriis* opus esse, variisque *Personis*, quæ iisdem fungantur; varias item *virtutes* in personis illis requiri, sive qualitates, ad officia ista felicius obeunda, habiles illas reddentes;

tes; quæ & *Charismata*, i. e. dona, a Spiritu S. gratia profecta, in sacris litteris appellantur.

27. Atque talia *Officia* & *Ministeria*; itemque *Charismata* etiam in *ECCLESIA APOSTOLICA* locum habuisse, constat. Constat quoque, extitisse in ea *Personas*, officiis istis fungentes, atque charismatis talibus ornatas.

28. *Officia* ista sive *Ministeria* alia *Ordinaria* erant, qualia in omnibus Ecclesiis locum inveniunt, atque certis plerumque Personis, ordinis gratia, demandari solent: alia *Extraordinaria*, qualia Ecclesiæ Apostolicæ erant propria, atque per charismata singularia sese exerebant.

29. Pariter *Charismata* alia erant *Extraordinaria*, saltem Ecclesiæ primævæ conditoribus: alia *Ordinaria* omnibus Ecclesiæ Ministeris, pro ratione muneric, necessaria.

30. Pioris generis potissimum erant dona *linguarum*, *miraculorum* & *prophetiarum*; posterioris generis quædam ad *doctrinæ ministerium*, veluti cognitio, dona didactica, parrhesia sive eloquentia sacra; quædam

26.-30. Rom. XII. 4. seqq. 1. Cor. XII. 28. seqq.

1. Tim. III. 2. Tit. 9. Dn. PFAFF de Orig.

Jur. Eccles. C. II. Art. II. not. (cc)-(mm)

p. 39. 69. seqq. BVDD. l. c. §. 2.

quædam vero ad *disciplinæ* vigorem conservandum, uti dijudicatio spiritum, ac prudentia rectrix, spectabant.

31. *Personæ*, quæ officiis superius memoratis in Ecclesia Apostolica fungebantur, generali nomine *MINISTRI ECCLESIAE* salutati: pro diversitate vero officiorum aut ministeriorum, quibus fungebantur, itemque charismatum, quibus prædicti erant, diversis quoque ac speciалиoribus nominibus insigniti sunt.

32. Hinc iidem, & quidem ab officiis *ordinariis*, vel *DOCTORES*, vel *RECTORES*, vel *INSPECTORES*, vel *PASTORES*, vel *PRÆPOSITI*, vel *ANTISTITES*, vel *DIACONI* in specialiori sensu: alii vero ab officiis *extraordinariis*, vel *APOSTOLI*, vel *EVANGELISTÆ*, vel *PROPHETÆ*, appellati sunt.

* Not. *Doctores* dictos, qui non solum docendi dono aut facultate poilebant, sed etiam ad

K 4 munus

31. 32. Rom. XI. 13. XV. 25. 31. I. Cor. III. 5.
IV. 28. XII. 4. 5. ibi. διαιρέσεις χαρισμάτων, & διαιρέσεις διακονιῶν. 6. seqq. Ephes. III. 7. ibi. διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τῆς Θεᾶς. IV. II. I. Petr. IV. II. ibi. ποιμένες οὓς διδάσκαλοι. Act. XX. 28. ibi. επισκόπους ποιμανῶν τὴν ἐκκλησίαν τῆς Θεᾶς. PFAFF I. c. not. (b) (m). BVDD. §. 2. p. 623. seq. 628. seqq.

munus Docentis in Ecclesia obeundum constituti & ordinati erant.

Rectores, qui personas actiones & res ecclesiæ dirigebant: *Inspectores*, qui, inspicioendo & attendendo ad membra Ecclesiæ, eorumque vitam & mores, curam Ecclesiæ gerebant.

Cum autem nec *Directio* sine *Inspectione* fieri queat; nec *Dottores* sine utraque finem doctrinæ commode obtinere queant: facile intelligi, quare cum officio *Dotoris* plerumque & officium *Rectoris* pariter ac *Inspectoris* conjunctum fuerit.

Hinc *Pastores* plerumque dictos *Dottores*, qui simul & *Rectores* & *Inspectores* Ecclesiæ erant.

Eosdem & *Prepositos* & *Antistites* dictos, quod, & docendo, & regendo, Ecclesiæ præfessent.

Diaconos denique, qui, vel itidem docendo, vel alia ratione Ecclesiæ inserviendo, ministeria præbebant.

33. *Omnia hæc Officia ac Ministeria*, divina auctoritate, instituta esse, sacræ N. T. tabulæ dubitare non sinunt: Ex his, tamen *extraordinaria*, quæ plantandæ tantum Ecclesiæ inserviebant, cum Ecclesia Apostolica, cessasse videntur: *ordinaria* vero, quæ perpetuum, eumque necessarium in omni

33. Ioh. XVII. 18. XX. 21. Matth. XVI. 18.

1. Cor. XII. 28. seqq. Eph. IV. 11. Dn. P F A F F

I. c. Art. 2. not. (d) p. 9. seq. & not. (o)
p. 60.

omni Ecclesia usum habent, ex voluntate Christi, perpetuo, cum ipsa Ecclesia, durare, necesse est. Unde simul divinis MISTERII ECCLESIASTICI colligitur.

34. An autem docendi facultas libera in Ecclesia Apostolica fuerit, & cuique, qui dono docendi valebat, competierit, licet doctorum ordini haud adscriptus fuerit? magni momenti quæstio est, quæ nec temere affirmanda, nec tamen prorsus neganda videtur.

* Not. 1. *Affirmantem* sententiam facile in abusum trahi posse a fanaticis nostri seculi, qui primævæ Ecclesiæ mores in conventiculis suis introducturi, promiscuam docendi licentiam fratribus, publica auctoritate ad docendum non ordinatis, concedere non dubitant.

Not. 2. Eandem tamen non sine verosimilitudinis specie, tueri Viros magni nominis (a), eamque firmare 1.) exemplis PHILIPPI aliquorumque fidelium Hierosolymitanorum, qui, dispersi per provincias, evangelium prædicarunt; nec non Corinthiacorum, quibus vaticinandi & loquendi in Ecclesia facultas non denegata, sed ἀταξία tantum improbata (b);

K 5 z.) insti-

(a) ILL. BOEHMER Diff. de *Different. int.*
Ord. Eccles. §. 29. 30. s. R. PFAFF. de *Orig.*
Jur. Eccles. C. II. Art. 2. not. (o).

(b) Act. VIII. 4. 5. XI 19. seqq. XII. 1.
1. Cor. XIV. 31. seqq.

2.) instituto *Synagogæ*, in qua facultas docendi tam libera fuerit, ut quilibet ad hoc idoneus admitteretur imo invitaretur; 3.) testimonio *HILARII* qui in comment. ad *Eph. IV.* scribit: *Ut cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & evangelizare, & baptizare, & Scripturas explanare.*

Not. 3. Dissentire alium Virum itidem magni nominis, qui quæstionem ita format; *Num in Ecclesiis jam constitutis & in ordinem redactis, docendi, facultas omnibus communis fuerit?* eamque negat: aliter vero sentit de illis, qui vel propagandæ inter populos doctrinæ evangelicæ operam dederunt, vel divinitus illuminatos ac dono prophetiæ instrutos sese demonstrarunt, vel etiam, concedente Antistite, ac habilitate probata, publicam loquendi facultatem nacti fuere. Quæsententia fundamento non prorsus carere videtur.

35. Inter *Doctores Ecclesiæ Apostolicæ* proprios, eminent XII. APOSTOLI, qui erant Doctores Ecclesiæ universales, ab ipso Christo vocati & constituti, ut per universum orbem evangelium prædicarent, & Ecclesiæ Christi plantarent: atque adeo donis ad hunc finem extraordinariis instructi erant, quibus ad omnia ea, quæ mune-

(c) s. r. MOSHEIM *Inst. Hist. Christ. Sec. I.*
P. II. C. II. §. 18. p. 193.

muneris illorum ratio & sopus requirebat, peragenda & administranda apti redde-
bantur.

36. Munus igitur Apostolorum primum fuit officium *docendi* sive evangelium prædicandi, atque sacramenta, cum primis baptismum, administrandi; ita quidem iis demandatum, ut non solum *DOCTORES* totius Orbis sive universæ Ecclesiæ fuerint constituti, sed & simul *LEGATI* Christi, speciali ratione ad homines missi, & *Tenes*, de Christo, ejusque vita & morte, cum primis resurrectione, fidem facientes fallere nesciam: Ceterum iidem & *Ministrorum* Ecclesiæ hoc nomine dicti.

* Not. 1. In Apostolis munus *Doctorum*, & munus *Legatorum* extraordinariorum, probe secernendum.

2. Qv. An Apostoli ipsi baptizaverint?

37. Sicuti autem cum Doctorum in Ecclesia officio *INSPECTIO* quædam ac *DIRECTIO*, ne fructu doctrina careat, non conjuncta esse nequit: ita & Apostolis, utramque complexa *FACULTAS* Ecclesiam *GVBERNANDI*, eaque cum *potestate remittendi* ac *retinendi peccata* conjuncta, peculiari ratione haud dubie competiit, uti deinceps patebit amplius.

38. Sicuti etiam singulare fuit Apostolorum munus, atque adeo singularia & extraordinaria flagitabat charismata, summamque auctoritatem: ita & singulari *Eminen-*
tia

tia ac Prærogativis, præ ceteris Doctoribus Ecclesiæque Ministris, gavisi sunt.

* Not. Prærogativas Apostolorum & veluti characteres fuisse : 1.) quod Legati Christi essent per excellentiam; 2.) Doctores & Moderatores Ecclesiæ universales, certæ Ecclesiæ haud alligati; 3.) immediate a Christo vocati; 4.) Spiritus S. singulari ratione participes, 5.) in doctrina infallibiles; 6.) Visio ne Christi oculari; 7.) dono miraculorum & linguarum; 8.) Eloquentia verticordia; 9.) potestate gubernandi Ecclesiam singulari; denique 10.) potestate scribendi ad Ecclesias plures vel omnes tales Epistolas, quæ perpetuae in Ecclesia auctoritatis essent, gavisi.

39. Intuitu dignitatis vero & officii, inter Apostolos nullum intercessit discriminem; quin potius omnes fuerunt æquales; adeoque nec PETRO ullus præ ceteris competit Primatus.

* PETRVS an Episcopus fuerit? an Romæ fuerit,

35.-39. Ioh. XVII. 18. XX. 21. seqq. Matth. XXVIII. 19. Act. II. 23. III. 15. X. 39. 40. 41. I. 17. ibi: κληρονομίας. Rom. XI. 13. ibi: δικαιονομίας με. FRID. SPANHEM de Apostolis & Apostolatu. HARTMANN I. c. C. III. p. 63. 94. B. ITTIG. Hist. Eccles. Sec. I. Cap. VII. Sect. V. p. 432. seqq. BVDD. I. c. §. 3. p. 639. seqq. PFAFF I. c. C. II. Art. 2. (b) p. 46. MOSHEIM I. c. C. II. §. 3. p. 156. seqq.

rit, ibique Episcopatu functus? an Episcopus totius Ecclesiae oecumenicus fuerit?

40. Hisce tamen jungendi **LXX.** **DISCIPULI**, ab ipsomet Christo electi, ceu **APOSTOLI SECUNDARI**, itidem ad evangelium omnibus annunciandum missi, dominisque eximiis ad hoc necessariis instituti, ut tamen insignis Apostolorum praे illis maneret prærogativa.

41. Jungendi quoque, quos, præter hos, Apostoli, cum soli plantationi Ecclesia haud sufficerent, *Socios laborum*, adscivereunt, **EVANGELISTÆ**, qui itidem annunciationi evangelii & ministerio verbi, vacarent, hinc συνεργῶν, Εὐαγγελιστῶν & δικονόμων nominibus in N. T. venientes.

42. Jungendi denique **PROPHETÆ**, qui, ceu doctores itidem extraordinarii, divinitus excitati, voluntatem supremi Numinis variis de rebus, quam ipsimet revelatione speciali acceperant traditam, in Ecclesia proponebant ac interpretabantur: quale donum Ecclesiaz suaz nascenti Christus haud dubie etiam expedire censuit.

43. Sed

40. *Luc. X. 1. 17. 18. 19.* **BVDD.** I. c. ** p. 683.

MOSHEIM I. c. §. 4. p. 160.

41. **PFAFF** I. c. *Art. 2. not. (f) - (i)* **BVDD.**
I. c. *** p. 688.

42. *Rom. XIII. 6. 1. Cor. XII. 28. XIV. 3. 23.*
MOSHEIM I. c. §. 16. p. 171.

43. Sed ne deessent, qui singularum quoque Ecclesiarum, vel docendo, vel regendo, curam gererent: Apostolica auctoritate provisum, ut *PRESBYTERI*, qui & *EPISCOPI* dicti, passim constituti sunt; quibus & *DIACONI* deinceps accesserunt?

44. *PRESBYTERI* erant *Doctores Rectoresque* Ecclesiarum particulares iisque ordinarii, qui non solum verbum Dei regulariter docebant, sed etiam inspectionem in reliqua Ecclesiæ membra, atque directionem Ecclesiæ exercebant.

* Not. 1. Presbyteri vox Seniorem quidem proprie denotat, usu tamen loquendi, dignitatis potius ac officii nomen istud factum, atque e Synagoga Judaica, ubi spectatae sapientiae ac probitatis viris, præsertim Doctoribus ac Rectoribus ejus, impositum, in Ecclesiæ Christianam haud dubie translatum est.

2. Idem variis nominibus, ab officiis eorum sumtis, compellati: *Επίσκοποι*, *Inspectores διδάσκαλοι Doctores*, *ηγέρειοι Ductores*

five

43. Act. XI. 30. XIV. 23. 2. Tim. IV. 1. seqq.
PFAFF Art. 2 p. 38. & not. (k) p. 49. Tit.
S. BVDD. I. c. §. 5.

44. VITRING. L. III P. I. C. I. p. 609. seqq.
p. 613. HARTMANN C. IV. p. 104. seqq.
PFAFF I. c. not. (k) p. 49. not. (n) p. 45.
BVDD. I. c. §. 1. p. 607. §. 5. p. 719. p. 744
seqq. MOSHEIM S. II. p. 177.

five *Directores*, προεστῶτες *Antifites* five *Presidentes*, quin & *Angeli*; de *Episcopi* autem nominem mox plura dicenda.

45. *Origo Presbyterorum*, eaque remotior e *Synagoga Judaica*, proxima vero ex Ecclesia *Hierosolymitana*, derivanda videtur.

46. Nimirum in *Synagoga Presbyteri* & *DOCTORVM & RECTORVM* munere fungebantur: dum non solum *Conciones* ad populum congregatum habebant eundemque in Lege divina scriptisque propheticis instruebant, sed etiam *Regimen Synagogæ*, quod & *moderamen actuum sacerorum*, & *disciplinam synagogicam*, eique junctam *inspectionem* in vitam & mores singulorum, & *curam* distribuendarum *eleemosynarum* complectebatur, uti superius traditum.

47. In *Hierosolymitana* quidem Ecclesia principes *DOCTORES & RECTORES* fuerunt *APOSTOLI*: quippe qui, præter docendi munus, & *directionem*, quantum ad res, ab Ecclesia Judaica separatas, ac cœtum fidelium solum concernentes, etiam *curam pauperum* gesserunt; atque ha-
ctenus

46. VITRING. C. V. p. 667. seqq. & C. IX.
p. 727. seqq.

47. AET. VI. I. seqq. 1. Petr. V. 1. 2. 2. Ioh. I.
3. Ioh. I. BOEHMER I. c. §. 19. p. 347. 29.
p. 365. PFAFF I. c. p. 50.

Etens ipsi *PRESBYTERORVM* munere ab initio functi sunt, idemque nomen sibi tribuere non dubitarunt.

48. Sicuti autem Ecclesia *Hierosolymitana* mater fuit plurium aliarum Ecclesiarum particularium ita & ipsa, ceu numerosissima, haud dubie plures cœtus, veluti parochias, sub ambitu suo complexa est; his autem suos quoque *PRESBYTEROS*, curam eorum, æque ac Prebyteri Synagogarum, gerentes, fuisse, verosimile utique videtur: unde & in Ecclesia Hierosolymitana, juxta cum *APOSTOLIS*, quoque *PRESBYTEROS* regiminis participes fuisse, constat.

49. Cum autem *APOSTOLI*, in Ecclesia tam numerosa, *Curæ pauperum gerendæ*, atque *administrationi bonorum*, ad sustentationem eorum collatorum, haud sufficerent; hanc partem Regiminis aliis personis, ad hoc idoneis, ne ipsi mensis ministrando, a ministerio verbi ac precatiōnibus distraherentur, demandare decreverunt.

50. Quo-

48. Act. XI. 30. ubi prima *Presbyterorum*, Hierosolymis existentium, mentio facta. Act. XV. 2. 4. 6. 22. 23. XVI 4. XXI. 18. ubi idem tanquam *Antistites Ecclesia Hierosolymitanae* referuntur. Add. BOEHMER l. c. §. 41. p. 371. PFAFF l. c. uot. (k) p. 49. item *Jur. Eccles.* L. 1. C. III. §. 8.

50. Quocirca, convocata Discipulorum multitudine, auctores ipsis suasoresque fuerunt, vt *Septem* circumspicerent *Viros*, qui bona^z essent fama^z, ac Spiritu Sancto sapientiaque pleni, quibus adeo negotium tanti momenti committi posset: quo facto *Septem* tales *Viri*, in Actis Apostolicis nominati, totius Ecclesiae decreto electi, atque *Curatores* pauperum ac viduarum, *Administratoresque* bonorum, illis sustentandis destinatorum, solenni ritu constituti sunt.

51. Hi an ex *PRESBYTERIS* illis fuerint electi, quos in Ecclesia Hierosolymitana extitisse, superius observatum est, in certum: Hoc faltem certum, *PRESBTEROS* illos appellatos esse: quod & nomen eo convenientius ipsis fuit, quod non solum viri sapientes aequae, ac Presbyteri Judaici, fuerint, sed & cura distribuendarum Eleemosynarum, ceu pars religionis Christiana^z non minus ac Judaica^z, nec non regiminis, in Synagogis quoque Presbyteris concrediti, haud exigua, ipsis demandata esset.

L

* Not.

- 49.-52. Act. VI. 1. seqq. XI. 29. 30. BOEHMER
1. c. §. 20. 21. p. 346. seq. §. 24. p. 357. seq.
§. 29. p. 365. & Orig. Jur. Eccles. C. V.
§. 5. 6.

* Not. Eosdem & Doctores, exemplo STEPHANI & PHILIPPI, egisse.

52. Idem licet diserte *Diaconi* in Actis Apostolicis haud vocentur: cum tamen ministerium mensarum* ab Apostolis in ipsos devolutum sit: *Diaconos* quoque, sive *Ministros*, hoc intuitu illos vocare, quid prohibeat, vix appareret.

* Not. Διακονοί τὰν τροφεξών.

** Not. Conciliari hoc pacto diversas Doctorum sententias, dum alii *Diaconos*, alii *Presbyteros* illos fuisse, contendunt.

53. Cum igitur in ceteris quoque Ecclesiis particularibus *Ordo* quidam introduendus esset, PRESBYTEROS iisdem, exemplo Synagogicorum pariter ac Hierosolymitanorum Presbyterorum, præponere visum fuit: quibus tamen non sola Eleemosynarum, sed & totius Ecclesiae, Cura inumberet.

54. An vero PRESBYTERI initio regendi potius, quam docendi causa, Ecclesiis præfecti, fuerint? dubium: Certe, ordine

54. 1. Tim. V. 17. 1. Cor. XII. 28. CYPRIAN.
Epist. 29. p. 55. ibique IOHANN Episc.
Oxon. in not. VOET. Polit Eccles. P. II.
L. 2. Tr. III. C. 4. BOEHMER l. c. §. 41.
p. 371. seqq. MOSHELM l. c. §. 11. p. 173.
seq.

in Ecclesiis stabilito, regulariter utrumque,
& *Doctoris & Rectoris*, officium in una
Presbyteri persona conjunctum fuisse vide-
tur.

* Qv. An inter *Presbyteros Doctores & Rectors*
olim distinctum fuerit? Et an *Doctores* in
Ecclesia Apostolica fuerint, qui non fuerint
Presbyteri? vel etiam *Presbyteri*, qui non
fuerint *Doctores*?

55. Primum ergo, idque ordinarium,
PRESBYTERORVM officium fuit, *Do-
cere verbum divinum*, atque salutaribus re-
ligionis christianæ doctrinis, ad salutem
æternam, per fidem in Christum, conse-
quendam, cœtus suos instruere: quo adeo
munere ipsi, tanquam *Pastores* atque *Do-
ctores* ordinario in suis Ecclesiis functi sunt.

* Officium *Presbyterorum* sive *Episcoporum*
1. Petr. V. 2. dicitur esse, *pascere gregem*:
qui autem pascere vult oves, id agere debet,
ut salutari eas imbuat doctrina, & in iis
omnibus erudiat, quæ ad salutem æternam
per fidem in Christum consequendam, co-
gnitu sunt necessaria. Quod munus eo ma-
gis necessarium in Ecclesiis nascentibus fuit,
quod primi ad Christum conversi rudes ple-
rumque essent, ita, ut sine tali doctrina ac-

L 2 institu-

55. Add. 1. Tim. III. 2. Tit. I. 9. PFAFF l. c.
not. (x) p. 49. seq. BVDD. l. c. S. 5. p. 724.
MOSHEIM. l. c. *** p. 174.

institutione finis, nempe salus æterna, ab illis obtineri non potuisset.

** Probabile quoque, suisse inter illos qui singulari ad docendum charismate prædicti fuerint.

56. Alterum *PRESBYTERORVM* munus fuit, *Inspectio* in Ecclesiam ac singula ejus membra, horumque vitam & mores, nec non *Directio* rerum, ad ordinem & decorum, in conventibus sacris, cultuque divino, observandum, pertinentium, ab omni tamen imperio aliena: quo adeo munere iidem, tanquam *Episcopi* &que ac *Pastores* simul functi sunt; quod neque sine hoc finem suum assequi potuerint.

57. Sed nec *Cura* pauperum & viduarum, atque adeo *Eleemosynarum* iisdem sustentandis destinatarum, ab illis neglecta fuit; quippe quæ, ex indole religionis Christianæ, in omnibus Ecclesiis necessaria

56. Act. XX. 28. I. Tim. V. 17. BOEHMER.

I. c. §. 4. p. 371. PFAFF I. c. BVDD. I. c. p. 725. 726.

57. Act. XI. 29. 30. XII. 25. Jac. I. 27. POLY-

CARP. Epist. ad Philipp. IVSTIN. MARTYR

Apol. II. f. p. 99. VITRING. L. 3. P. I. C. 13.

BOEHMER I. c. §. 24. p. 357. seq. §. 25.

p. 358. §. 27. p. 363. & Orig. Jur. Eccles. G. VI. §. 2. 3.

ria fuit, licet communio bonorum Hierosolymitana haud obtinuerit: adeoque et tam hoc ministerium ad officium *Presbyterorum ordinarium*, æque ac in Synagoga & Ecclesia Hierosolymitana, pertinuit.

58. Modus *constituendi* Presbyteros diserte quidem in sacris non definitus est, ex exemplis tamen colligitur, variasse quoque videtur. Modo enim a tota Ecclesia *electi*, ac dein ab Apostoli vel Apostolicis viris, vel etiam aliis Presbyteris, per *manuum impositionem*, inter *preces*, cum *jejuniis* conjunctas, confirmati: modo ab ipsis *Apostolis* aut *Apostolicis viris*, non tamen sine consensu populi, *designati*, atque mox ritu jam dicto *ordinati* videntur.

* Not. i. Modum ritumque constituendi Presbyteros dupli voce, *Xειροτονίας* nempe ac *Xειροθεσίας*, in Sacris exprimi.

L 3

Xειρο-

58. Num. *XXVII. 18.* Act. *VI. 1. seqq.* *IX. 17.*
XIV. 23. X. *41.* 1. Tim. *IV. 14.* V. *22.* Tit.
I. 5. CLEMENS in *Epist. ad Corinth.* LAM-
PRID. in *ALEX. SEV. C. 46.* ibi: *Christia-*
ni & Judei facerent in prædicandis Sacer-
dotibus, qui ordinandi sunt. BEVEREG. in
Can. Apost. p. II. VITRING. L. 3. P. I. c.
14. p. *819. seqq.* C. *15.* p. *538. seqq.* *841.*
WITS. *Melet. Leid.* S. *III. §. 20.* p. *55.* Mis-
cell. *Sacr.* L. *2.* *Diff. III. §. 46.* PFAFF. l. c.
not. (k) p. *50. seqq.* BVDD. l. c. p. *728. seqq.*
BOEHMER. *Orig. Jur. Eccles.* C. *V. §. 7.*

Χειροτονία in latiori sensu *manus extensionem* sive *porrectionem* denotare, atque adeo & *electionem* certae personæ ad certum officium, rogatis suffragiis, atque manus elevatione significatis, vel etiam *designationem* talis personæ, porrecta manu factam, & *manuum impositionem*, ceu specialiorem ordinationis actum, complecti.

2. *Χειροθεσία*, sive *manuum impositionem*, ritum fuisse satis antiquum, e Judaicis institutis ad Christiana translatum; atque generatim *Inaugurationem* ad certum aliquid officium, atque adeo vel ipsam *impositionem* illius officii, certæ personæ factam, vel etiam *collationem* aut *appreciationem* virtutum ad officium istud necessariarum, significasse. Originem hujus ritus ab *Inauguratione Iosvæ* derivari, quippe cui MOSES, jubente Deo, palam coram Populo Israëlitico, *manum imposuit*, eumque hoc symbolo ad gravissima munus Regiminis ac Judicii ordinavit & confirmavit. Eodeinque ritu, sequiori ævo & *Presbyteros*, Synedrii Assessores, itemque Synagogis præfectos, inauguratos fuisse.
3. Pariter in Ecclesia Christiana *Manuum Impositionem*, cum precibus plerumque conjunctam, vel ad collationem aut appreciationem charismatum extraordinariorum aut ordinariorum, ab Apostolis Apostolicis viris; vel ad impositionem muneric in Ecclesia, obeundi, ab iisdem, vel ab aliis Presbyteris, alicui adhibiti.

adhibitam : ut significarent , se Deum orare ,
ut quemadmodum manus suas capiti ejus
imponerent , ita Spiritus S. dotes , ad istud
officium necessarias , cumulate in illum con-
ferret.

4. Qu. An Manuum Impositio ad Ordinatio-
nem Presbyterorum semper necessaria fue-
rit?

59. *PRESBYTERI* isti interdum quo-
que *EPISCOPI* appellati , quod ipso-
rum esset , attendere gregi , atque adeo , &
inspiciendo & dirigendo , Ecclesiæ curam
gerere ; idemque adeo officium & *Pres-
byteris & Episcopis* tributum : unde mani-
festum est , nullum ab initio inter *Episco-
pos & Presbyteros* , nisi voce , discrimen
obtinuisse.

60. Successu tamen temporis factum ,
ut , ubi plures in una Ecclesia essent *PRES-
BYTERI* , hique speciem *Collegii* forma-
rent , ordinis ratione ita exigente , uni ex-
illis , præsertim ætate , aut prudentia , præ-
ceteris eminenti , non solum *prima sedes* ,
sed & *Dirección* rerum , ad Collegium ipsam-
que Ecclesiam pertinentium , relinquere-
L 4 tur:

59. Act. XX. 17. 28. Phil. I. 1. 1. Tim. III. 2.
Tit. I. 5. 7. PFAFF l. c. not. (m) p. 52. seq.
BVDD. p. 732. seq. MOSHEIM l. c. §. 13.
p. 177. seqq.

tur: atque huic tandem speciatim *EPISCOPI* nomen hæsit.

* Not. Diversas de *Origine Episcorum* extare sententias, *Romano-Catholicorum*, *Anglicanorum*, *Episcopalium & Presbyterianorum*, *Protestantium*, *Reformatorum* atque *Augustane Confessioni* additorum.

61. Cum autem *EPISCOPI* nomine ab initio ille tantum, qui in *Presbyterorum Collegio* primus esset, indicaretur: successu tamen temporis factum, ut, *primæ sedis* intuitu, non *dignitatem* modo singularem, sed *potestatem* etiam, novis subinde incrementis.

-
60. 61. DION. PETAVII Libb. de *Hierarchia Ecclesiast.* IAC. VSSERII *Armach. de Episcopor. & Metropol.* Orig. HENR. HAMMONDI *Dissert de Juribus Episcopat* GVIL. BEVEREGII *Cod. Canon vindic.* Lib. II. p. 120. Tom II. Patr. Apost. HENR. DODWELL. *Dissert. Cyprian.* X. de Ord. Episc. §. 5. 6. 7. DAV. BLONDELLI *Apol. pro sent. Hieronymi de Presbyteris & Episc.* WALONIS MESSALINI seu CLAVDII SALMASII Lib. de Episcopis & Presbyteris. it. de *Primatu Pape.* DAVID. CLARCKSON. *Traitez Historiques de l' Etat. primitif. de l' Episcopat & des Liturgies.* VITRING. L. 2. P. III. C. 2. p. 475. seqq. L. 3. P. I. C. 16. p. 845. BOEHMER. Orig. J. E. I. c. §. 4.-12. BVDD. I. c. p. 737. MOSHEIM I. c. p. 177. 178. 179.

crementis augendam, sibi vindicarent, qui hoc nomine veniebant. Atque hac ratione *EPISCOPI* speciatim sic dicti exorti videntur.

- * Not. 1. Qu. Num ante Apostolorum excessum jam singularis primæ sedis auctoritas fuerit?
 - 2. Ab excessu Apostolorum, *primos Presbyteros*, tanquam Successores eorum, communem omnium ecclesiarum curam & inspectionem suscepisse: & hinc speciale *Episcoporum* nomen non solum, sed & singularem hoc nomine auctoritatem ac prærogativam sibi vindicasse; quamvis iidem *Episcopi* adhuc *Com-presbyteri* sæpe vocati sint.
 - 3. *Æqualitatem* tamen omnimodam, nullam vero *subordinationem*, inter *Episcopos*, ab initio obtinuisse.
62. Initio quoque *Successionis* ordo inter Presbyteros obtinuisse videtur, ut, mortuo primæ sedis Presbytero, proximus in confessu illi succederet: Deinceps vero, cum auctoritas primorum Presbyterorum incrementum cepisset, nec, qui proximus erat, idoneus statim judicaretur, qui omnibus præcesset, *Electio* tandem *introducta* fuit. Atque ab hoc tempore, Sec. maxime II. electo hujusmodi Presbyterorum *Præsidi* *EPISCOPI* nomen constanti fere usu tributum.

L 5

63. Erat

63. Erat igitur *EPISCOPVS* ævi Apostolici, ut omnia in summam contraham, Antistes unius Ecclesiæ, primus inter Presbyteros, ac Presbyterii Præses, consensu Ecclesiæ tacito vel expresso constitutus, qui non solum in Ecclesia sua docebat, sed & cultum divinum ac distributionem eleemosynarum, ceteraque ecclesiæ negotia, ex suffragiis ceterorum Presbyterorum, dirigebat, atque lites, inter Presbyteros enatas, ex iisdem suffragiis, dirimebat.

* *Angeli in Ecclesiis Asiae Apocalypticis tales Episcopi fuerint?*

64. Præterea & *DIACONOS* in Ecclesia Apostolica extitisse, negari nequit; de quorum tamen origine ac ministerio diversæ extant Doctorum sententiaz. Certe duplicitis generis fuisse videntur.

* Not. I.

63. Dn. PFAFF l. c. not. (n) p. 58. Conf. s. R. Dn. MOSHEIM l. c. §. 14. p. 180. seq. ubi definitio paulo prolixior exhibetur.

64. ZIEGLER de *Diagonis & Diaconissis*. VITRING. L. 3. P. II. C. 5. p. 920. BINGHAM *Orig. s. Antiquit. Eccles.* L. 2. C. XX. p. 296. seq. BOEHMER *Diff. de Difer. int. Ord. Eccles.* §. 20. p. 373. seq. BVDD. l. c. §. 6. p. 748. seqq. PFAFF. l. c. not. (h) & (i) p. 46. 47. MOSHEIM l. c. §. 12. p. 174.

- * Not. 1. Alii a *Septemviris*, Eleemosynarum Curatoribus, in *Hierosolymitana* Ecclesia primum constitutis, eos deducunt; horumque exemplo, in aliis quoque Ecclesiis tales constitutos esse, putant: quamvis conditio eorum successu temporis mutata sit.
2. Alii, *Septemviros* istos Hierosolymitanos *Diaconos* quidem fuisse, concedunt, sed soli Ecclesiae Hierosolymitanae proprios, & a *Diaconis*, in Epistolis Paulinis memoratis, plane diversos.
3. Alii denique, eosdem Septemviros *Diaconos* fuisse, negant, curamque & administracionem eleemosynarum ad ipsos Presbyteros vel Episcopos, in ceteris quoque Ecclesiis, pertinuisse, Diaconorum vero aliud munus fuisse, quod non definiunt, opinantur.
65. Alii *Presbyteri* quidem fuerunt, sed quibus *Ministerium mensarum* in Ecclesia Hierosolymitana demandatum fuit, in cura eleemosynarum, inter pauperes & viudas distribuendarum, consistens: qui adeo hoc ministerio ab aliis Presbyteris distincti fuerunt, & hinc *Administrari mensarum* atque *Curatores Eleemosynarum* non incommodo appellantur; quamvis *Diconi* in sacris speciatim haud vocentur.
66. Alii, qui in aliis Ecclesiis extiterunt, a *Presbyteris & Episcopis* quidem distincti fuer-

65. Act. VI, 1, seqq. XI, 30.

fuerunt, qua in re autem ministerium eorum confiterit, in sacris non definitum: Saltem *Presbyteris* & *Episcopis* subordinati fuisse, & vel universim in officio sacro cultuque divino, vel speciatim in colligendis ac distribuendis eleemosynis, aliis rebus coetus externis curandis, operas & ministeria leviora iisdem praestitisse videntur.

* An Diaconi *Lectores* in Ecclesia fuerint?

67. Denique & *DIACONISSÆ* in primis Ecclesiis fuerunt, quæ & *viduae* dictæ, atque matronæ erant, proiecta atate morumque sanctimonia & pietate venerabiles, quæ foeminarum pudori in baptismo consulebant, eaque apud has peragebant, quæ viri decore sustinere non poterant.

68. Membra Ecclesiæ Apostolicæ reliqua vel *FIDELIVM*, vel *DISCIPVLORVM*, vel *AUDITORVM*, vel *OVIVM*, vel *GREGIS* nomine veniebant: quæ quidem a Doctoribus Ductoribusque suis sese doceri moneri ac regi patiebantur, iisdemque obsequi tenebantur; ut tamen nec ipsa,

66. PHILIPP. I. 1. 1. Tim. III. 8. seqq.

67. Rom. XVI. 1. 1. Tim. V. 9. 10. PFAFF. J. Eccles. L. 2. C. I. §. 6. ZIEGLER. I. C. MOSHEIM. I. c. §. 12.

68.-70. MOSHEIM. I. c. §. 19. p. 203.

ipsa, an doctrina eorum verbo divino consentanea esset, explorare prohiberentur.

69. Et ab initio quidem, cum fundamenta Ecclesiæ Christianæ jacienda essent, pauca tantum requirebantur ab illis, qui recipi in illam cupiebant: quicunque enim, verbo evangelii aut miraculis commotos se esse, testabantur, ut crederent, IESVM esse Filium Dei, humanique generis Redemptorem, seriaque pœnitentia ducti, spondebant vitam sanctitati doctrinæ ab ipso traditæ consentaneam, illi statim ad baptismum admittebantur, atque inter Discipulos ejus cooptabantur.

70. Constitutis dein Ecclesiis, hæc, iustis de causis, cessabat consuetudo, nec inter Discipulos Christi recipiebantur, nisi qui primariis doctrinæ Christianæ præceptis curatius antea imbuti erant, animique probi ac integri ediderant testimonia.

71. Distinctio vero Membrorum Ecclesiæ in *Clerum & Populum*, sive *Clericos & Laicos*, in Ecclesiæ Apostolica adhuc erat incognita: Neque etiam *Presbyteri* ac *Diaconi*, ceu sapientiores de plebe, alia, quam officii ac ministerii, ratione, a ceteris Christi Discipulis distincti erant. Sed distinctionis hujus origine & usu deinceps ex instituto agendum.

*Not.

71. Conf. B V D D. I. c. §. 1. p. 607. seqq.

* Not. Vocem *πλήρος* i. Petr. V. 3. non solis Presbyteris aut Diaconis, sed *gredi*, seu toti Ecclesiæ cœtui, tribui. Et *πλήρον diaconias* nihil aliud designare, nisi officium sive ministerium, rite, per sortem, vel suffragia, vel alium modum, in aliquem collatum.

72. Cum *Ecclesia Apostolica* fuerit universitas, plures alias societates sive universitates sub ambitu suo complexa quæ nec sine ordine quodam decoro subsistere, nec sine directione finem suum assequi posset: facile intelligitur, in Ecclesia quoque Apostolica *REGIMINE* opus fuisse, quod & *Directione* negotiorum ecclesiasticorum, & *Disciplina ecclesiastica*, superius explicatis, itidem constitut.

73. *REGIMENTUM* istud sine omni *imperio*, quale in Rebus publicis obtinet, atque adeo sine omni vi & coactione externa, exerceri debuit: non solum quod Ecclesia hæc itidem naturam Societatis æqualis sive Collegii habuerit, atque adeo sua natura impe-

72. 1. Cor. XII. 18. XIV. 33. 40 Eph. IV. 11.

12. PFAFF l. c. Art. 2. p. 38. MOSHEIM. l. c. §. 5. p. 161.

73. Luc. XXII. 24. 25. I. Petr. V. 2. 3. 4.

I. Cor. I. 04. PFAFF C. I. Art. 3. p. 30. sq.

C. II. Art. 2. not. (p) p. 65. seqq. HARTMANN l. c. C. III. p. 63. seqq.

imperium omne respuerit, & præterea Summæ Reip. Potestati subfuerit, adeoque sine hujus lassione imperium sibi arrogare non potuerit, sed etiam quod a Christo & Apostolis omnis dominatus iis, qui Ecclesiis præfessent, prohibitus sit.

* Not. Error illorum, qui Apostolis omnia regalia tribuunt.

74. Sed neque certa *Regiminis forma* vel a Christo, vel ab Apostolis, perpetua lege, Ecclesiarum præscripta est: quamvis, in negotiis majoris momenti, nihil, sine totius cœtus consensu, facile decernendum fuisse, tum ex doctrina Christi, tum ex Apostolorum praxi, haud obscure colligatur.

75. Unde egregie falluntur, qui, certam Regiminis formam divinitus in Ecclesia stabilitam ac determinatam esse, non quidem, sine sententiarum divortiis, contendunt: qui in quatuor potissimum classes discedunt.

76. Alii, unum *Caput* visibile divinitus constitutum, eidemque universam Ecclesiam subjectam, nec secus, ac civile quodam

74. Matth. XVIII. 17. Act. I. 15. seqq. VI. 3.
seq. MOSHEIM. §. 6. p. 162.

76. V. LEO ALLAT. de perpet. confens. Eccles.
Orient. & Occid. L. I. C. II. p. 8. seqq.
MOSHEIM. §. 7. p. 162.

dam Regnum, in varias provincias majores minoresque, a nutu illius pendentes, distributam esse, opinantur.

* Not. hanc sententiam tueri *Pontificis Romani* cultores, in *Primatu B Petri* potissimum causæ præsidium collocantes, atque pro *Capite* tali universæ Ecclesiæ *Episcopum Sedis Romane*, ceu *B. PETRI* successorem, cui omnium reliquarum provinciarum Antistites, certis iterum gradibus inter se distinctos, sive *Patriarcharum*, sive *Metropolitanorum*, sive *Episcoporum* nomine veniant, sint subordinati, venditantes.

77. Alii, Apostolos in formando *Ecclesiae Reginine* respexisse dispositionem civilem Provinciarum, in quas Imperium Rom. distributum fuit, sibi persuadent. Sicuti enim quælibet Provincia suam habuit *Metropolin*, cui, ceu matrici ac civitati primaria, reliqua illius civitates fuerunt additæ, suumque *Præsidem*, in ea residen tem, magnaque potestate provinciam regentem: ita & *Episcopo Metropoli* præposito, *Primatum* quendam tributum, Episcoposque reliquos regimi illius subjectos fuisse, existimant.

* Not. 1. Sententiam hanc ex *Romano-Catholici* propugnare *PETRVM de MARCA* (a), qui

77. (a) de *Concordia Sacerdotii & Imp.* L. 6.
C. I.

- qui primo, *unum Ecclesiæ Corpus*, in plurima Membra per universum orbem divisum, *unumque in ea Episcopatum*, in concordia plurium *Episcoporum* ubique diffusum; portionem vero gregis, unicuique Episcopo singulariter regendam, tributam, præponit: deinde, hinc colligit, cum juxta unitatem regenda fuerit, modum quendam unionis instituendum, adeoque formam *Regiminis Aristocrati*, cui unus præsideret, præscribendam fuisse; denique hunc in finem, concludit, Apostolos consilium habuisse, Episcopatus, ad exemplum Provinciarum Rom. distribuendi in Provincias, inque iis *Corpus statuendi Episcoporum* sub præsidentia *Episcopi Metropoleos*, executioni vero id non dedisse; adeoque institutionem *Metropolitani Regiminis* ex *Apostolica* saltem traditione, & Ecclesiæ *confuetudine*, manasse.
2. Eidem sententia ex *Anglicane Ecclesiæ Doctoribus* patrocinari potissimum **GVIL. BEVEREGIVM** (b), qui, Apostolos, in propaganda Ecclesia, majorem *Metropoleos* in qualibet provincia rationem habuisse, eique talem *Episcopum* præfecisse, qui, ipsorum loco, reliquas ejusdem provinciæ Ecclesiæ inspiceret & curaret: atque sic Apostolos, *explo*

M

emulo

C. I. §. 2. seqq. p. 775. seqq. (b) in Cod. Canon. Vet. Eccles. vind. L. 2. C. V. §. 12. seqq.

emplo suo, licet non præcepto, Metropolitani & Primatibus in Ecclesia instituendis occasionem præbuuisse. Itemque HENR. HAMMONDV M (c) & IACOBVM VSSE- RIVM (d).

3. Argumenta pro hac sententia allegari: (1.) quod Apostoli, novis Christianis passim dispersis scribentes, illos compellent per provincias; (2.) quod Epistolæ, ad Ecclesiæ totius Provinciæ datae, inscribantur Ecclesiæ Metropolitos; (3.) quod Titus, Cretæ Episcopus, jussus sit constituere Presbyteros. Sed ex his neutiquam consequi, quod ab Apostolis instituta fuerit hoc pacto Metropolitana Dignitas, quodque major Episcopo, in Metropolitos Ecclesia collocato, Potestas tributa sit.

4. Contrarium tueri LVDOV. ELLIES DV PIN (e) B. IO. FRANC. BVDDEV M (f), Dn. IVST. HENN. BOEHMERVM (g), Dn. IO. LAVR. MOSHEIM (h) aliosque.

78. Alii arbitrantur, Apostolos, Regimen Ecclesiæ ordinantes, singulis quidem Christia-

seqq. p. 86. seqq. (c) de Episcop. C. V. p. 190. & Annot. ad Act. XI. 30. p. 328. & Philipp. I. p. 304. (d) de Origine Episc. & Metropolit. p. 20. (e) de Antiqua Eccles. Diff. I. §. 6. (f) de Hierarch. Eccles. Apost. §. 7. p. 769. seqq. (g) in Annot. ad PETR. de MARCA p. 148. (h) Inst. Hist. Chriſt. Sec. I. P. II. C. II. §. 7. p. 163. seqq.

Christianorum cœtibus præfecisse *Collegium Presbyterorum*, sed quibus tamen unus aliquis, singulari dignitate & potestate, instar *Præsidis* aut *Præfecti*, præpositus sit, cum titulo **EPISCOPI**.

* Not. Hanc sententiam placuisse plerisque *Anglicane Ecclesie*, aliarumque nonnullarum *Evangelicarum Ecclesiarum Doctoribus*.

79. Alii denique contendunt, Ecclesiæ Apostolicæ rectas esse a communi quodam *Senatu Presbyterorum*, nomine dignitate & officio parium, absque ejusmodi *Præside*, gradu ceteris Presbyteris eminentiore.

* Not. Hanc sententiam sese probasse plerisque Reformati Galliæ & Germaniæ Doctoribus.

ART. III. DE REGIMINE ECCLESIAE APOSTOLICÆ.

NB. Ad hunc Art. pertinere §. 72. & seqq.

80. Sed ante omnia hic præponendum, *REGIMENTUM* Ecclesiæ Apostolicæ, si a *divinis institutis* discesseris, *CONFEDERATIONE* quadem, i. e. conventione ex-

M 2 preffa

78. 79. VITRING. L. 2. C. II. p. 474. seqq.
MOSHEIM l. c. p. 163. seqq.

80. PLIN. L. X. Epist. 97. ad *Traj. Imp.* ibi.
seque sacramento non in scelus aliquod ob-
stringere, sed nefurta &c. TERTULL. in
Apolog. C. II. p. 3. ibi. ad *confederandam*
disciplinam. ILL. Dn. BOEHMER Diff. III.
de *Confederata Christ. Discipl.* §. 17. 18. J.
Eccles. Protest. t. de Major. & Obed. §. 22.

pressa vel tacita, nixum fuisse; quippe qua singula Ecclesia tam universalis, quam particularis, Membra, non solum in *unum Corpus æquale* coaluere; sed & ad certum ordinem, certam *disciplinam*, certaque *instituta*, cœu leges fœderis, sancte obser-vandas, fese obstrinxere.

81. Eadem *Confœderatio*, quæ secundum generalissima CHRISTI mandata fieri debuit, non solum cum formatione, Ecclesia statim cœpit, sed etiam a singulis, qui per baptismum in sanctissimam hanc Christianorum Societatem recipi, cupiebant, confirmanda fuit.

82. Cumque Ecclesia, tam universalis, quam particularis, per superius tradita, naturam Societatis æqualis, sive Collegii, habuerit, adeoque non solum ipsa imperio destituta, sed & ab Imperio superiori neglecta fuerit; reliquum fuit, ut ipsa, vi *confœderationis* istius, rebus suis consuleret, atque adeo omnia ea, quæ ad salutem suam promovendam pertinerent, *Collegiali ratione*, i. e. communī consensu ac decreto, determinaret.

83. *Potestas* igitur *Regiminis* penes Ecclesiam fuit: quæ adeo istud, more aliarum universitatum aut collegiorum, vel *immediate*

81. BOEHMER. *Diss. cit. §. 19.* PFAFF. l. c.
Art. II. p. 40. MOSHEIM. l. c. p. 256.

mediate per semetipsam, vel mediate per alios, quibus id demandatum fuit, exercere potuit.

84. Deinde & præponendum, *Regimen Ecclesiæ Apostolicæ aliud universale & extraordinariorum* fuisse, quod ad universam Ecclesiam dirigendam spectavit: aliud *particulare & ordinarium*, quod in qualibet Ecclesia particulari locum habuit.

85. *Universale Ecclesiæ Apostolicæ Regimen* penes **A P O S T O L O S** fuit: quippe qui, divina auctoritate muniti, divinisque Charismati ad hoc instructi, non solum universam Ecclesiam Christianam, omniaque negotia, salutem omnium & singulorum Ecclesiarum concernentia, direxerunt, sed & disciplinam Ecclesiasticam in illis exercuerunt.

* Not. Auctoritatem Apostolis conciliaffe

- 1.) Divinam eorum in Doctores totius orbis & Legatos Christi extraordinarios electionem;
- 2.) diuturnam familiaremque cum Christo conversationem ac intimorem apud ipsum admissionem; 3.) Claves regni cœlorum a Christo iisdem traditas; 4.) miraculosam

M 3 Spir-

85. Matth. X. 1. XVIII. 18. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. seqq. Act. V. 5. 10. XIII. II. I. Cor. V. 1. seqq. I. Tim. I. 20. HARTMANN. I. c. Cap. IV. p. 47. seqq. PFAFF Art. II. p. 93. not. (a) p. 66. & p. 40.

Spiritus S. in eos effusionem; 5.) singulare potestatis extraordinaria in regimine Ecclesiae ac disciplinæ ecclesiasticae ab ipsis edita documenta. 6.) Inspectionem & Directionem cum officio Doctoris necessario conjunctam.

86. Idem in Regimine hoc *Senatum* quendam, sive *Collegium*, formarunt, in Ecclesia Hierosolymitana, ceu prima ac matre ceterarum, residens, idemque *æquale*: ita, ut nec PETRVS, nec IACOBVS, nec aliis APOSTOLVS, prærogativam quandam vel potestatis vel dignitatis sibi sumferit; licet forte primus in ordine fuerit, vel verba Collegii nomine fecerit.

* Not. 1. Frustra igitur, uti B. PETRI Primate, ita & B. IACOBI Episcopatum Hierosolymitanum afferi.

2. Argumenta pro *Collegio Apostolico* varia ab aliis allata.

87. APOSTOLI igitur præcipua *auctoritate* Hierosolymitanam non solum, sed & reliquas Ecclesias, gubernarunt: ut tamen *absolutam potestatem* sibi non arrgarint, nec in

86. V. HARTMANN. l. c. n. (9.) p. 76.

87. MATTH. XVIII. 17. AET. I. 15. seqq. VI. 3.

I. Tim. III. 1. seq. I. Cor. XI. 4. XIV. 34.

Tit. I. 5. DAV. BLONDELL. de Episc. &c

Presbyt. Secl. III. p. 197. BOEHM. de Con-

fœd. Christ. Discipl. §. 13. 14. PFAFF Art. II.

p. 38. 40. MOSHEIM l. c. §. 3. p. 158.

in rebus dubiis maiorisque momenti, facile quidquam sine Presbyterorum ac ceterorum Discipulorum, sive totius Ecclesiae, consensu, decreverint: quamvis & nonnunquam singuli, Apostolica auctoritate, de rebus Ecclesiae disposuerint.

- * Not. 1. Apostoli an ex regulis prudentiae potius consensu Ecclesiae usi sint?
- 2. Nec Apostolum PAVLVM a Regimine Ecclesiae exclusum fuisse: quamvis & hic multa extit College, Apostolica auctoritate divinitus ipsi concessa, praesertim in Ecclesiis extra Hierosolymas, constituisse & ordinasse videatur.

88. Cum autem Imperium omne Civile, quod, per coactionem externam, vim suam exerit, Apostolis prohibitum fuerit: nec Potestas Legislatoria, nec Judicaria, proprie sic dicta, sive Regalia, seu partes Summae Potestatis ac Imperii Civilis, ipsis competere potuere; licet potestatem quandam analogam, actusque consimiles, seu partes Regiminis Apostolici, Apostolica auctoritate, exercuerint.

89. Nimirum uti Directio omnis Societas
M 4 tis

88. Conf. HARTMANN l. c. Cap. III. p. 63.
SPANHEM de Apostolis & Apostolatu §. 39.
p. 63. MOSHEIM l. c. §. 3. p. 156. seqq. qui
dissentient. BVD. l. c. §. 3. p. 643. 647. qui
consentit.

tis alicujus certam requirit *Normam*, cui Membra Societatis actiones moresque attemperare tenentur: ita nec Ecclesia Apostolica *Norma* tali carere potuit; neque etiam Apostolis potestas normam talem, instar legis a civibus Ecclesiæ observandam, vel præscribendi, vel præscriptam authentice interpretandi, denegari potest.

90. *Normæ* hujusmodi rationem habuerunt primum *Leges divinae*, in Scripturis S. extantes; cum primis *doctrina Evangelii*, atque *Instituta*, a Christo ipso Ecclesiæ suæ præscripta: cuiusmodi præceptorum divinorum divini *Interpretes* Apostoli utique fuerunt.

91. Deinde licet Apostoli *Leges*, puta, civiles, aut criminales, sanctionibus coetivis ac penalibus munitas non tulerint: attamen *Epistolæ* ipsorum, ad Ecclesiæ, earumve Antistites, per scriptæ, in quibus varia de *ordine* in Ecclesia servando, de ritibus sacrorum, de constitutione ac virtutibus Presbyterorum vel Episcoporum & Diaconorum, aliisve rebus ad salutem Ecclesiæ pertinentibus, præceperunt, vim
normæ

89. Conf. Supra Tit. III. §. 30.

90. Conf. HARTMANN l. c. C. III. n. 7. p.
 62. seq.

91. Conf. BVDD. l. c. §. 3. p. 647 MOSHEIM.
 l. c. C. IV. §. 3. p. 371.

normæ utique habuerunt, præceptaque illis contenta, instar legum, observanda fuerunt.

92. Præter has vero, eosdem leges communes ac perpetuas, de ritibus ac ceremoniis cultus divini, Ecclesiis, a se vel sua auctoritate conditis, præscripsisse, haud constat.

93. Neque adeo in hunc censum veniunt vel *Canones Apostolorum*, vel *Constitutiones Apostolicae*: quæ duo scripta licet nomen *Apostolorum* mentiantur, ad his tamen haud profecta sunt; cum illi quidem disciplinam & jura Sec. II. & III. usitata exhibeant, sed ante Sec. III. collecti non videantur; hæ vero tales præscribant disciplinam, quæ a moribus Ecclesiæ Apostolicae magis adhuc abhorret.

94. Ceterum ad Normam huiusmodi quoque pertinent *Decreta*, de credendis & agendis, controversisque desuper in Ecclesia exortis, riteque definitis, ab Apostolis, ex suffragiis Presbyterorum ceterorumque Fratrum, facta.

95. Cumque *Decreta* hujusmodi, non
M 5 nisi

92. MOSHEIM. I. c. §. 4. & §.

93. BEVEREG. *Cod. Canon.* & *Annot.* ad hos *Canon.* BVDD. *Isag.* in *Theol.* P. II. C. V.

p. 742. 746. MOSHEIM. I. c. C. II. §. 26.

p. 217.

nisi prævia *Consultatione*, in *Concilio*, sive conventu quodam Apostolorum, Presbyterorum atque Populi, instituta, fieri soleant: patet, *Potestatem* quandam *Consultatoriam* quoque partem Regiminis Apostoli fecisse.

96. Spectat huc *Concilium Hierosolymitanum*, in quo controversia de obseruantia legis Mosaicæ, & ritu circumcisionis, ad salutem non necessario, decisa est: quod sub auctoritate Apostolorum quidem habitum, sed *Decretum*, illius non horum solum, sed & Presbyterorum, imo totius Ecclesiæ, nomine factum; & si recte consideretur, non tam legis, quam consilii, quid charitas pariter ac prudentia postulaverit, rationem habuit.

97. Ad *Directionem Ecclesiæ* pertinet quoque *Constitutio*, sive *Designatio* aut *Electio* & *Ordinatio* *Ministrorum Ecclesiæ*, veluti *Presbyterorum* & *Diaconorum*: quæ diversimode in Ecclesia Apostolica, vel ab ipsis *Apostolis*, aut *Apostolicis Viris*, vel a *Presbyteris*, vel a tota *Ecclesia*, facta sunt.

98. Et **APOSTOLI** quidem *potestatem* huiusmodi Ministros Ecclesiæ *constituendi* a **CHRISTO** ipso haud dubie naëti sunt; atque

96. Act. XV. 1. BOEHMER. l. c. §. 16. p. 98.
BVDD. l. c. §. 3. p. 648. 649. &c. de *Concio-*
lio Hierosol. p. 185. seqq.

atque adeo *Presbyteros* Ecclesiis recens collectis vel ipsi præfecerunt, vel sua auctoritate, per συνεργούς sive Apostolicos Viros, passim præfici curarunt.

99. Prudenter tamen ac moderate jure suo Apostoli ita usi sunt, ut nec, sine suffragio consensuque totius cœtus, facile Presbyteros constituerint, vel, saltem ex ipsorum consilio & auctoritate, Ecclesiam ipsæ eosdem elegerint: nisi rudis admodum fors Ecclesiam, Apostolorum Discipulorumve arbitratu omnia disponi, juberet.

100. *Confirmatio* vero sive *Ordinatio* electorum, per *Manuum Impositionem*, cum precibus & jejuniis conjunctam, ab Apostolis, horumve συνεργοῦσι, plerumque perfecta: quem actum sacrum primis temporibus miraculosa Spiritus S. charismata quoque insequuta fuere.

101. Sed tamen & penes *Presbyteros* fusse videtur, designare homines, ad docendum,

-
- 97.-101. Act. I. 23. 24. 26. VI. 2. 3. seqq. VIII.
 17. 14. seqq. IX. 12. 17. XIII. 3. XIV. 23.
 XV. 4. seqq. XXVIII. 8. 2. Cor. VIII. 19.
 1. Tim. IV. 14. V. 22. Tit. I. 5. HART-
 MANN. l. c. C. VIII. p. 128. 129. WIT-
 SII Melet. Leidens de Gest. Pauli Sect. III.
 §. 20. p. 55. PFAFF Art. II. nöt. (ss) (tt)
 (uu) p. 40. 77. seqq. BVDD. l. c. §. 5. p. 726.
 seqq. MOSHEIM. §. 15. p. 185. seqq.

dum, aut ministerium Ecclesiae præstandum, maxime idoneos, *Populi* vero, designatos suffragio suo libere vel probare, vel repudiare: ut tamen probati vicissim a *Presbyteris*, per manuum impositionem, ordinati fuerint.

102. Denique & *Disciplinam* Ecclesiasticam, quam *Confœderatam* nonnulli vocant, in *coercitione* flagitiosorum, qui vel Christianos se esse mentiebantur, nec tamen vitam Christiano dignam, legibusque Confœderationis conformem, sed sceleribus deditam, agebant, vel impedimentum doctrinæ evangelii adferebant, consistentem, in Ecclesia quoque *Apostolica* obtinuisse, negari nequit.

103. *Disciplina* ergo hæc itidem tum *Correptionem*, sive *admonitionem* delinquenter & *exprobrationem* delictorum commisorum; tum in primis *Excommunicationem*, sive *exclusionem* vel a consortio privato, vel a communione sacrorum publica, complexa est.

* Not. I. Originem huiusmodi *Disciplinæ* deduci

102. 103. VITRING. L. III. P. I. C. 9. p. 734.
seqq. C. 10. p. 752. seqq. BOEHMER de *Confœd. Chrlst. Discipl.* §. 6. - 40. PFAFF. Art. II. not. (pp) (qq) (rr) p. 10. - 13. p. 71.
seqq. BVDD. Cap. VII. §. 3. p. 802. seqq.
MOSHEIM C. III. §. 14. 15. p. 252. seqq.

duci ex *Institutis moribusque Judaicis*, cum primis *Synagogæ*; ubi itidem primum *Reprehensio* peccantis ac *Separatio* a commercio ipsius *privata*, dein vero *Increpatio* ac *Pudificatione* publica, denique *Excommunicatio* sive *exclusio* a *Synagoga*, per superius tradita, locum habuit. Ad qualia instituta Ecclesiæ *Judaicæ*, ceu satis cognita, Christus & Apostoli, in ea versantes, in præceptis de *Disciplina Ecclesiastica*, haud dubie respexerunt.

Qv. An formula, ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι vel πονεῖσθαι, Ioh. IX. 22. XII. 42. XVI. 2. excommunicationem sive exclusionem a *Synagoga* denotet?

Qv. An Christus a Judæis excommunicatus sit?

2. *Fundamentum* ejus potissimum niti *Præcepto CHRISTI* Matth. XVIII. 15. seqq. ubi ipse, ansa haud dubie a moribus *Judaicis* capta, primum *Correptionem* fratribus, in fratrem peccantis, *privatam*, deinde, non sequuta emendatione, *denunciationem* Ecclesiæ faciendam, spreta vero etiam publica Ecclesiæ *Increpatione* ac *Pudificatione*, demum *Separationem* ab ejus consortio talem, qualis intuitu *ethnici* & *publicani* locum habebat, præcipit: Atque adeo hoc ipso Discipulos suos, homines immorigeros, & disciplinæ sanctioris impatientes, omniumque admonitionum contemtores, a communione sua & consortio removere jussit.

Vbi notari meretur, Christum de *Excommuni-*
catio-

catione quidem publica atque exclusione a communione sacerdotum nihil diserte praecipse; forte quod in antiqua Ecclesia Judaica ea non adeo frequentata fuerit: sed de privata tantum, quæ, ob læsionem fratris privatam, nec reparatam, obtinebat, ac separationem læsi a communione lædantis involvebat; cum in ceteris scandalis publicis *Censuræ*, i. e. *Interpretationes*, *Pudefactiones* & *Proclamations* tantum locum habuisse, ac vicem *Excommunicationis levioris* implevisse videantur. Argumentum tamen a minori ad maius inde recte duci: dum, si privato talis separatio fratris, adversus se peccantis, a consilio suo licuit, multo magis Ecclesiæ, homines improbos, adversus Ecclesiam peccantes, a communione sua ejiciendi jus competuit.

3. *Praxin ejusdem in Ecclesia Apostolica probari*
 a) partim ex *præceptis* Apostolorum, cum primis **PAVLI**, de vitando, post unam alteramve admonitionem, consilio convictuque hominum, inordinate ambulantium, factiorum, quique dissidiorum ac offendiculorum fuerint auctores, nec ave iis dicendo, sed corripiendis, redarguendis, ac pudefaciendis iisdem; iisque ad integras Ecclesias, harumve Antistites, directis. *Rom XVI. 17*. ibi. *Observetis dissidiorum & offendiculorum auctores, & declinate ab illis.* à. *Cor. V. 11*. ibi. *si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut*

aut maledicuſ, aut ebriosuſ, aut rapax,
cum ejusmodi nec cibum capere debetis.
Theſſ. III. 6. ibi. Subtrahatis vos ab omni
fratre, inordinate ambulante, & v. 15. 16.
quodſi quis non obediat verbo noſtro, hunc
notate, & ne commisceamini cum eo, ut pu-
defiat; it. Corripite eum, ut fratrem. Eph.
V. 11. ibi. Nolite communicare cum operi-
bus iufructuofis, quin potius redarguite. Tit.
III. 10. ibi. Hereticum, (factiosum) homi-
nem, poſt unam & alteram admonitionem,
devita. 2. Joh. 10. ibi. Si quis venit ad vos,
& hanc doctrinam non affert, nolite eum re-
cipere in domum, nec ave ei dixeritis.

Cum ergo Apostoli tantopere urſerint, familia-
ritatem omnem impiorum ſingulis devitan-
dam, imo integræ Ecclesiæ, ejusque Anti-
ſtiti, conſortium eorum fugiendum eſſe: haud
dubie tam ſtrictè illud obſervandum eſſe vo-
luerunt, ut ne quidem ad communes preces
atque communia ſacra tales admittendi fue-
rint, neque dubitandum, quia idem a fide-
libus Apoſtolicæ Ecclesiæ ſtrictè obſervatum
fuerit.

- 3) Partim ex exemplis, præſertim Inceſtuofi in
Ecclesia Corinthiaca, jufſu Apoſtoli Pauli,
ab eadem excommunicati. 1. Cor. V. 1. 2. II.
6. itemque fratrum a Diotrephe excommu-
nicatorum 2. Joh. 10.
4. Eandem Disciplinam, cumprimis Excom-
municationem, ex natura Conſederationis
fluere;

fluere; quippe cuius vi is, qui in leges foederis, sub quibus in societatem receptus est, peccat, ipso jure, communione beneficiisque Societatis ejus excidit, vel saltem ab ea excludi meretur.

An vero *Exclusio* ab Ecclesia totalis, demum post monita ista apostolica, communi expressoque placito, per modum *pænae conventionalis*, fuerit recepta, atque sic *jus novum* constitutum? merito dubitatur: cum non solum jam antea in Synagoga fuerit frequentata, sed & in Epistolis apostolicis, ceu res satis cognita ac usitata, in memoriam fidelibus revocata fuerit.

5. Ceterum *Excommunicationem* remedium fuisse utilissimum, & Ecclesiæ cum primis nascenti convenientissimum: quippe quo non solum scandalis in ipsa Ecclesia, sed etiam calumniis & obrectationibus adversariorum extra Ecclesiam, obviam eundum fuit.

104. Diversimode autem Disciplina hujusmodi Ecclesiæ & ab *Apostolis*, & ab *Antistitibus* Ecclesiarum, & a *Fidelibus* quibuscunque, exercita fuit.

105. Et **APOSTOLI** quidem, vi Potestatis, a Christo, per *claves regni cælorum*, ipsis concessæ, pariter ac *Confoederatio*nis, qua Christo nomen dantes, ad sanctimoniam vitæ, per baptismum se obstrinxere, singulari ratione, puta, vel ordinaria, omnibus Presbyteris communi, vel

vel extraordinaria, ipsis proprie, exercuere.

* Not. Per *Claves regni cælorum* Matth. XVI.
19. haud dubie Apostolis concessam fuisse generalem quandam Potestatem omnia ea agendi, quæ ad salutem Ecclesiæ, singulorumque ejus membrorum, facere possent: adeoque non solum, per prædicationem verbi & administrationem sacramentorum, aditum ad Ecclesiam, ejusque bona, omnibus patefaciendi; sed & poenitentibus peccata remittendi, sive a peccatis eos absolvendi, impoñentibus vero eadem retinendi: quam retentio nem peccatorum deinceps in Ecclesia haud dubie primum suspensio, ac tandem, poenitentiæ spe omni decollata, exclusio ab usu sacrorum, cum primis sacræ coenæ, tanquam effectus necessarius insequi debuit; quod sacra Ecclesiæ beneficia suibus & canibus non sint projicienda.

Per *Solutionem* vero & *Ligationem* Matth. XVI.
19. & XVIII. 18. nihil aliud intelligi, quam remissionem & retentionem peccatorum, sive absolutionem & absolutionis denegationem, ex loco parallelo Ioh. XX. 23. clarissime liquet.

Add. 2. Cor. X. 8. ibi. *de potestate nostra,*
quam dedit Dominus nobis, in ædificationem, & non in eversionem vestram.

106. Nimurum 1.) per *Correptionem* aut *Castigationem* fratrum, quin & ipsorum

N Anti-

Antistitum, inordinate ambulantium aut immorigerorum (a); 2.) per Retentionem peccatorum, impoenitentibus factam, (b) atque hinc sequutam exclusionem ab Ecclesiæ beneficiis; 3.) per Increpationem ipsarum Ecclesiarum, improbos inter se tolerantium, nec e cœtu suo ejicientium; (c) 4.) per Visitationem Ecclesiarum, hanc in rem suscep tam (d).

107. 5.) Per Anathema, in omnes hujusmodi improbas, Christum haud amantes, aliudve evangelium prædicantes, in genere pronuntiatum (e); 6.) per pœnas miraculosas, mortis, vel saltem traditionis in potestatem Sathanæ, corpus afflicturi (f).

* Not.

106. 107. (a) 2. Cor. X. 6. ibi. ultisci omnem inobedientiam 2. Cor. XII. 20. XIII. 10. ibi. ut præsens non severe utar. 2. Ioh. 10. ibi. Submonebo ejus (Diotrephis) opera. Apoc. II. 4. 5. 14. 15. 20. III. 1. seqq. Conf. loca ad §. præced. 103. allegata. (b) v. §. præced. 104. (c) 1. Cor. V. 2. Add. loca Apoc. lit. (a) alleg. (d) Act. XV. 36. ibi. Visitemus fratres per omnem civitatem, in quibus annunciamus verbum, quomodo habeant: (e) 1. Cor. XVI. 22. ibi. Si quis non amat Dominum I. C. sit anathema maharam motha. Gal. I. 8. 9. ibi. Si quis nobis evangelizaverint, preter quod acceperitis, anathema sit. (f) Act. V. 5. 10. ubi de poena Ananie &c

* Not. Horrendas fuisse execrationes & diras, quas Judæi excommunicatis imprecati sunt. Formulam adhibitam: *Angeli perditionis in eum incurvant*, Add. ESPR. X. 8. ibi. *Anathematizabitur universa ejus substantia*, & iste distaminabitur ab Ecclesia transmigrationis.

108. Qua ratione autem Antistites Disciplinam hujusmodi exercuerint, & quæ fuerint Populi circa eam partes, inferius tradetur.

109. Ad. Regimen Ecclesiæ universale spectabat etiam *Confœderatio*, quæ inter ipsas Ecclesiæ particulares intercedebat: quippe qua hæ ita inter se unitæ erant, ut omnes unum veluti *Corpus Ecclesiæ*, tanquam *Systema* quoddam *Ecclesiarum*, æquali nexus confœderatarum, constituerent.

N 2

* Not.

& *Saphiræ*. Act. VIII. 20. ubi de perditione *Simoni Mago* indicta. Act. XIII. 8.-11. ubi de poena *Elymæ magi*. 1. Cor. V. 3. seqq. ubi de *Incestuoso Sathanæ tradendo*. 1. Tim. I. 20. ubi de *Hymenæo* & *Alexandro Sathanæ traditis*.

SELDEN. de J. N. & G. juxta Discipl. Hebr. L. 4. C. 7. p. 523. seqq. PFAFF l. c. p. 39. not. (q). p. 66. not. (oo) p. 77. seqq.

109. 1. Cor. XII. 13. HARTMANN de Reb. gest. Christ. C. X. p. 195. BOEHMER de Confœd. Christ. Discipl. §. 24. p. 113.

* Not. Fundamentum Confœderationis fuisse unitatem fidei & charitatis, qua Fideles non solum singuli, sed & universi arctissime inter se uniti fuerunt.

110. Ecclesiæ hoc pacto inter se fœderatae omnes quidem universalis Apostolorum Regimini suberant, ipsæ vero inter se *æquales* erant, ita, ut nulla illarum potestatem quandam aut imperium in alteram haberet: quamvis *Hierosolymitana* Ecclesia, tanquam mater, in disponendis ceterarum, ceu filiarum, rebus, præsertim controversiis definiendis, præcipua quadam auctoritate polleret.

* Not. 1. Exemplo esse quæstionem de *Legi Mosaica, observantia*, ab Ecclesia Hierosolymitana decisâ.

2. Inter ceteras quoque *Antiochenam* ac *Ephesinam* Ecclesiam eminuisse, sine potestatis tam aut dignitatis prærogativa.

3. Neque adeo vel *Patriarchalis* vel *Metropolitani* vel *Diacepsani* Regiminis ullum in Ecclesiis Apostolicis extare vestigium.

111. Effectus hujus Confœderationis erat, quod non solum *Jus Fraternitatis* inter ipsas

110. HARTMANN I. C. PFAFF I. c. not. (yy)

p. 79.

III. I. Cor. XII. 13. Eph. II. 20. IV. 3. seqq.

Act. IV. 32. BOEHMER I. c. §. 25. HARTMANN. p. 227. 219. add. supra §. 76.

ipsas Ecclesias obtineret, sed & altera alterius curam gereret, & in rebus, communem salutem tangentibus, vel per *Llegationes*, vel per *Epiſtolas*, inter se communicarent.

112. *Particulare & Ordinarium Ecclesiasticorum Apostolicarum Regimen* in Ecclesiis minoribus ab uno *PRESBYTERO* sive *Antistite*, in majoribus vero a communi quodam *SENATV* sive Collegio *PRESBYTEROREM* ejusdem generis & ordinis, nec nomine, nec officio, & vix etiam dignitate, distincto, administratum fuit.

113. Illis quidem *Presbyteris* praefuisse videtur *PRÆSES* perpetuus, sive civili dignitate, sive doctrina, aetate, aut prudenteria, ceteris eminentior; sed ceteroquin ejusdem ordinis & officii vir, & nullo peculiari nomine a ceteris Presbyteris distinctus.

114. Huic, uti par erat, dicendi, docendi & sacra administrandi munia, ut Seniori, aut sapientiori, vel digniori, fure demandata: ita tamen, ut ceteri *Presbyteri* ab hoc munere neutiquam fuerint exclusi.

115. Ad hunc, ut ad Presbyterorum Primum & *Præsidem*, successu temporis negotia Ecclesiæ graviora & leviora, ordinis causa, relata videntur; sic tamen ut de gravioribus nihil statueret, nisi consulto

Presbyterorum Senatu: idemque adeo con-
ventus coegerit ac dimisit; res in deliberatio-
nem misit, suffragia collegit, indeque
conclusum formavit.

116. *Eminentia* vero illa *Præsidis* in Se-
natu Presbyterorum in communibus Eccle-
siis vix ulla apparuit notabilis: tum quod
res Christianorum initio admodum fue-
runt tenues, tum quod charitas prævaluit
ambitioni, qua tandem in Ecclesiis irrum-
pente, omnia corrupta sunt.

117. Notabilior tamen eadem mox ap-
paruisse videtur in Ecclesiis majoribus,
quorum *Presbyteriis* ipsi APOSTOLI vel
APOSTOLICI VIRI præfederunt: quo-
rum cum insignis esset auctoritas, fieri
non potuit, ut illa tum a Presbyteris, tum
a tota Ecclesia agnita non sit.

118. Ad illorum Apostolorum & Apo-
stolicorum Viorum exemplum, ceteri
Presbyteriorum *PRÆSIDES* successu tem-
poris, majorem quoque affectasse viden-
tur dignitatem & auctoritatem: atque
ita factum, ut *Præsides* illi Presbyterorum
nomine ac dignitate a ceteris Presbyteris
brevi distincti, & sic *EPISCOPI* in Eccle-
siam evecti sint.

* Not. Probari hæc ex *Ad. XX.* 17. ubi
omnes

II2. - II8. VITRING. L. II. C. 2. p. 475. seqq.
& L. 3. P. I C. 16. p. 845. seqq.

omnes Ecclesiae Ephesinae Rectores pariter
absque ulla discrepantiæ aut prærogativæ
nota Episcopi, Presbyteri, Pastores salutan-
tur.

119. Presbyterium hujusmodi præci-
puas quidem in regenda Ecclesia sua par-
tes habuit: in rebus tamen majoris mo-
menti, Apostolorum haud dubie exem-
pto, nihil facile, sine totius cœtus suffra-
gio statuit.

120. Idem quoque circa *Presbyteros* ac
Diaconos constituendos obtinuit, quippe
quos Presbyteri quidem designare, ac per
manuum impositionem in hujusmodi or-
dinem, non tamen nisi Ecclesiae, cui præ
esse vel inservire debebant, consensu, recipi-
re sueverunt, uti superius observatum est.

* Not. In Synagoga quoque Judaica suas ple-
bi, circa constituendos *Præsbyteros*, fuisse
partes.

121. Sed & *Disciplinam Ecclesiasticam* iidem
Presbyteri sive Antistites exercuere: idque
duplici ratione: Primum per Ἐπανόρθω-
σην sive *Correctionem* peccatorum genera-
lem, vi verbi animos peccatorum percel-
lendo, a peccatis eos dehortando, atque

N 4 ad

119.-120. VITRING. l. c. C. 15. p. 828. seqq.

PFAFF l. c. p. 40. & not. (tt) p. 77. BVD.

S. 5. p. 719. seqq. p. 736.

121. 2. Tim. IV. 2.

ad pœnitentiam vitamque emendatiorem adhortando.

122. Deinde & per *Excommunicationem*, ita quidem, ut, prævia reprehensione publica, designarint, quos, ceu impenitentes præfractos, & ob scandala gravioribus criminibus Ecclesiæ data, indignos beneficiis ejusdem, & hinc consortio fidelium privandos, censebant.

123. *Universus* denique *cætus* ubi ratum habuit Antistitum Judicium, singuli fideles consortium hujusmodi facinorosorum atque conversationem familiarem sedulo evitare, ex monitis apostolicis, necessum habuerunt: quo pacto iidem & a communione sacerorum expresse vel tacite exclusi videntur.

124. Patebat tamen his peccatoribus redditus ad Ecclesiam, si certis ostenderent signis, fore, ut sanctius in posteram, & religioni, quam susceperant, convenientius, viverent, atque adeo *Pœnitentiam* agerent.

* Qu. An omnis generis peccatoribus, quodcunque crimen admiserint, redditus ad Ecclesiam, editis sinceræ pœnitentiæ signis, patuerit; an vero graviorum criminum reis janua Ecclesiæ perpetuo clausa manferit?

ART.

122. 123. PFAFF 1. c. p. 39. not. (pp) (qq)
(rr). MOSHEIM §. 14. p. 252.

124. BOEHM. de Confœd. Chriſt. Discipl. §. 23.
P. III. MOSHEIM. §. 14. 16.

ART. IV. DE CONVENTIBVS SACRIS CVLTV-
QVE DIVINO ECCLESIAE APOSTOLICAE.

125. *CONVENTVS* quoque *SACROS*, in Ecclesia Apostolica, cultus divini exer- cendi, mutuæque ædificationis causa, a pri- mis statim initii frequentissime institutos esse, tot, quæ in Actis scriptisque Aposto- licis extant, documenta, dubitare non fi- nunt: quippe quos & arctissima Fidelium unio, & ipsa religionis christianæ indoles, omnino postulabat.

* Not. Saniorem quoque rationem præcipere, ut ejusdem societatis & professionis homines, promovendæ utilitatis suæ causa, saepe in unum conveniant. Idem & naturam So- cietas Christianæ flagitare.

126. Sicuti autem ipsa natura negotii exigit, ut ad ejusmodi Conventus certa constituantur *Loca*, finibus societatis ido- nea: ita nihil quoque magis consentane- um, & rationi & institutis Christianæ So- cietas, fuit, quam ut Membra hujus So- cietas, ad exercitium suæ religionis, cer- ta quædam *Loca* designarent, eaque suis conventibus accommodata.

127. In *Ecclesia Judaica* cultui solenniori *Templum Hierosolymitanum*, ex lege divina,

N 5

125. 126. HARTMAN de G. Chr. C. XV. p. 373.
VITRING. L. I. P. III. C. 2. p. 444. seqq.
BVDD. de Vita & Morib. Christi. S. 4. p. 810.

consecratum erat: sed & *Synagogæ*, Cultui publico minus solenni a Judæis celebrando, itidem destinatae erant; uti supra copiosius traditum.

128. Sed *CHRISTVS* in *Ecclesia N. T.* cultum divinum, neque ad *Templum*, neque ad alia certa loca, veluti ex lege divina, alligata esse voluit, sed libertati *APOSTOLORVM* Fideliumque suorum, *Loca*, religioni sua ex exercenda accomodata, sibi diligere, reliquit.

129. Evidem ab initio, & *CHRISTVS*, & *APOSTOLI*, ceterique Fideles ex Judæis, quamdiu adhuc membra Ecclesiæ Judaicæ manebant, tam in *Templo*, quam in *Synagogis*, cultui divino vacabant; uti superius observatum est.

130. Sed mox, post Adscensionem Christi in cœlos, effusionemque Spiritus S. Apostoli Discipulique Christi *Conventus* quoque suos *privatos*, sacrorum causa, agere, coeperunt: quod & postea, crescente Fidelium multitudine, atque exigente necessitate sacrorum, quæ offendiculo Judæis essent, eo magis solennem in morem abiit,

128. *Ioh. IV. 21. seqq.*

129. Supra *Tit. V. §. 6.* & *Tit. VI. §. 5.* add.
BVD. l. c. p. 817.

130. *Act. I. 14. 15.* II. 142, *seqq.* XII. 12. 17.
XIX. 7. XX. 7. *Hebr. X. 25.*

abiit, frequentesque adeo *Conventus Sacri* ab iis instituti fuerunt.

131. *Loca*, in quibus conveniebant, ab initio etiam non nisi privata erant: *Domus* nempe privatæ, harumve *Conclavia* spatiosa, ad capiendam multitudinem quandam idonea: qualia primum Hierosolymis, deinde & extra Hierosolymas passim, a Fidelibus, ad usus hujusmodi sacros concessa fuere.

- * Not. 1. Hierosolymitanam Ecclesiam in plures divisam fuisse παγομίας, quarum πάροντες in Αἴδibus capacioribus, sacrorum suorum peragendorum causa convenere.
- 2. Exemplo esse *Cenaculum*, Act. I. 13. ubi post ascensionem, & *Domum*, Act. II. 2. ubi in die Pentecostes, Apostoli cum aliis Fidelibus congregati fuere; it. *Domum Mariæ*, Act. XII. 17.
- 3. Extra Hierosolymas, ejusmodi fuisse *Scholam Tyranni*, Act. XIX. 8. *Domum Aquile & Priscille*. Rom. XVI. 5. 1. Cor. XVI. 19. *Nymphae* Col. IV. 15. *Philemonis*, Phil. 2.
- 4. Successu temporis forte certas *Aedes* perpetuo usibus Christianorum sacris dedicatas fuisse, Act. XIX. 8. 1. Cor. XI. 18. 22. 34. XIV. 35. Jac. II. 2.

132. Ad

-
131. VITR. l. c. p. 431. 433. HARTMAN l. c.
p. 373. 374. BVDD. l. c. MOSHEIM l. c.
C. IV. §. 9. p. 382.

132. Ad *Tempus certum Sacra N. T. ex lege*, itidem haud fuere adstricta, sed legalis strictaque Sabbathorum Festorumque Judaicorum observatio ac dierum distinctione, ab Apostolis fuit abolita.

133. Initio ergo *quotidie* fere Christi Discipuli, ad preces fundendas, aliaque sacra peragenda, seorsim convene- runt: Mature tamen etiam *statis diebus solennes conventus agere, festaque sibi propria*, prasertim multitudine Fidelium aucta, constituere coeperunt.

* Not. *Horas certas diei, precibus in Templo Hierosolymitano faciendis, ab Ecclesia Judaica, constitutas, identidem quoque ab Apostolis, forte & a reliquis Fidelibus e Judæis, ex libertate tamen potius, & privato instituto, quam ex lege, observatas.*

134. Primum quidem in hunc censum referenda *Sabbathi dies*; quippe quam Apostoli ceterique Fideles ex Judæis, non solum ab initio, cum nondum ab Ecclesia Judaica prorsus secessissent, cum Judæis, in Templo vel Synagogis, celebrabant: sed & postea, licet a sacris Judæorum ar- ceren-

132. Rom. XIV. 3. 5. 6. Colos. II. 16. 21. PFAFF.

I. c. p. 40. & not. (aa) p. 79.

133. Act. II. 46. HARTMANN I. c. C. XVI.

p. 380. 382. BVDD. I. c. p. 817. MOSHEIM.

I. c. §. 8. p. 377.

cerentur, ritibus tamen Judaicis adhuc adsueti, sacros suos conventus seorsim agendo, observabant; quamvis ex libertate id facerent, nec necessitatem idem agendi cuiquam imponerent.

135. Sed & *Prima hebdomadis Dies, Dominica* stylo sacro appellata, in memoriam resurrectionis Christi, effusionisque Spiritus Sancti, quæ utraque in tali die contigit, a prima Apostolorum ætate, religiose ab omnibus Christianis celebrata: non quidem ex lege, sed ex consuetudine, Apostolis forte exemplo suo ceteris præludentibus libere, exprægnantibus tamen rationibus, ab Ecclesia recepta.

* Not. Eandem τὴν μίαν τῷ σαββάτῳ, πρώτην σαββάτῳ, τὴν κυριακὴν ἡμέραν, Scriptoribus Sacris, τὴν τῇ ἡλιοῖς ἡμέραν, astronomica voce, Patribus primis salutatam.

136. Hæc tamen differentia obtinuisse videtur, ut *Fideles* quidem e *Gentilibus* diem *Dominicam* solam, *Fideles* vero ex *Judeis*, juxta cum hac die, *Sabbathum* quoque suum, sive in gratiam infirmorum, sive ex spe Judæos Christo conciliandi, per diuturnum tempus adhuc, coluerint: quamvis postmodum, spe ista cessante, *Sabbathi* observatio sensim cessaverit, ejusdemque solennitas, pro libertate Christiana, in diem *Dominicam* translata sit.

137. Dies autem *Dominica* ita celebrata,
ut

ut congregaciones, etiam antelucanæ, institutæ, preces fusæ, cantiones factæ, sacramenta administratæ, agapæ frequenter, eleemosynæ erogatae, atque ægri visitati fuerint: principio quidem ab operibus quotidianis non admodum feriatum, quod idem Sabbathi jam die factum; sed abrogatis Sabbathi feriis, non nihil etiam quietis Dominicæ diei tributum.

138. Præterea & *Paschatos* festum, in memoriam passionis æque ac resurrectionis Christi, Apostolorum jam ævo celebrari cœpit: idque, quamdiu fieri potuit, eodem tempore cum Judæis, *Pesach* suum celebrantibus, factum videtur; quod postea mutatum. Ceterum cum insignis latitiæ testificatione, laudibusque Christo de

134.-137. Marc. XVI. 2. 9. Luc. XXIV. 1. Joh. XX. 1. 19. Act. XX. 7. 1. Cor. XVI. 2. Col. II. 16. 21. Apoc. I. 10. Add. IVSTIN. *Apol.* II. p. 98. GROT. *Annot. ad Act. XV.* VITR. L. 3. P. II. C. II. HARTMAN. l. c. C. XV. BOEHMEE. *Diff. de Stato Christian.* die. PFAFF l. c. & not. (bb) p. 79. BVDD. p. 817. MOSHEIM. l. c. §. 8. p. 377. seqq. Anon. *Comp. Antiqu. Eccles.* L. I. C. II. p. 35. not. (s) p. 52. seqq.

138. SOCRAT. *Hist. Eccles.* L. V. C. 32. p. 283. BVDD. p. 818. seqq. MOSHEIM. l. c. not. **
P. 381. *Comp. Antiqu. Eccles.* l. c. p. 38. 41. sq.

de mortuis resuscitato, de cantatis, precibus-
que tempori admodum, haud dubie
festum hoc celebratum.

* Qu. An festum hoc ex Ecclesia Judaica
in Christianam translatum? an ab ipsis Apo-
lis institutum? certumque tempus eidem præ-
finitum fuerit?

139. Sed & *Pentecostes* festum in Ecclesia
Apostolica, idque initio eodem cum Ju-
dæis tempore, celebratum fuisse, vix du-
bitandum: sed in honorem Spiritus San-
cti, in Apostolos Discipulosque Christi,
Pentecostes die, effusi, cum latissima gra-
tissimaque Charismatum, tunc in eos col-
latorum, commemoratione.

140. *Cultus divinus*, in Conventibus Sa-
cris, Scripturæ Sacrae Lectione & Auditio-
ne, Concionibus, Precationibus, Psalmo-
rum hymnorumque cantionibus, Obla-
tionibus atque Eleemosynarum erogatio-
nibus, denique S. Eucharistiaæ administra-
tione & Agapis, constabat.

141. De *Ritibus ac Ceremoniis*, in Cultu
hoc observandis, ab Apostolis præscri-
ptis,

139. Act. XX. 16. 1. Cor. XVI. 8. HARTMAN.

1. c. p. 392. 393. Comp. Antiq. Eccles. p. 42. 43.

140. 1. Cor. XIV. 1. fin. PFAFF. 1. c. p. 38. 39.

BVDD. 1. c. p. 820. seqq.

141. Conf. MOSHEIM. 1. c. C. IV. §. 1. - 7.
p. 368. seqq.

ptis, præter ea, quæ in Epistolis Apostolicis extant, parum aut nil constat: *ordine ac decenter* omnia in cœtibus sacrī peragenda esse, generali regula præceperunt; quæ vero huic fini obtinendo speciatim convenirent, prudenti cujusque Ecclesiæ arbitrio, pro circumstantiarum ratione, determinanda reliquerunt. Saltem paucos & simplices ritus Christianæ religionis simplicitatem exegisse, facile est ad intelligendum.

142. Pars ergo Cultus Christiani haud ultima erat publica *Scripturæ Sacrae Lectio & Auditio*, in Synagogis quoque Judaicis usu recepta, atque a Christo & Apostolis probata: quod institutum cum & Christianæ religionis indoli maxime conveniens sit, idem & in Ecclesia Apostolica retentum & continuatum fuit.

143. Accedebant *Conciones*, i. e. sermones, vel verbum prælectum explicantes, vel dogma, aut argumentum, quod res ipsa, aut temporis aliarumque circumstantiarum ratio suppeditabat, tractantes, vel exhortationes ad fidem, spem, charitatem, sanctimoniamque vitæ evangelio dignam continentes.

* Dic.

142. *Luc. IV. 16. 17. VITR. L. 3. P. II. C. II.
1008. seqq. HARTMANN. C. XVII. p. 419.
seqq. BVDD. p. 820.*

* Dic. de exemplo CHRISTI & *Apostolorum*,
in Synagogis vel extra Synagogas concionan-
tium.

344. *Conciones* hujusmodi habendi po-
testas ordinarie penes Antistes aut Presby-
teros erat: pluribus quoque loquendi fa-
cultas dabatur, ut tamen ordine id fieret,
unusque alterum exciperet: quodsi ade-
rant Prophetæ, aliive, singulari dono Scri-
pturam S. explicandi instructi, his quoque
voluntatem Domini, mentemve Scripturæ
exponere licebat: linguis autem peregrini-
nis non facile utendum erat, nisi inter-
pres adesset.

345. Sed & reliquis, qui aderant, & pe-
ritia intelligendi Scripturam S. pollebant,
concessum erat, cuncta dijudicare, & si
quid non recte se habere putabant, id in-
dicare, doctoresque super iis interrogare.
Mulieribus vero in Ecclesia tacendum erat.

346. Sed & *Precationes* in conventibus
sacris utramque fecerunt paginam, sive Le-
ctionem verbi præcesserint, sive subse-
quuntæ fuerint: Hæ an conjunctim a toto
cœtu, verba saltem suppeditante Anti-
stite, pronunciata? an vero a solo Anti-
stite,

O

343.-345. 1. Cor. XIV. 1. - fin. HARTMANN.
1. c. p. 421. VITRING. L. 3. P. I C. VIII.
p. 712.-726. BVDD. 1. c. p. 820. seqq. MOS-
HEIM. 1. c. §. II. p. 383. seqq.

stite, populo saltem devota mente eidem adhærente, consensumque vocula, *Amen*, pronunciata, testante, recitatae fuerint? non satis certum, utrumque tamen probabile videtur.

347. Necdum tamen certa quoque precum formulæ semper adhibita, excepta *Oratione Dominica*, quæ in magno semper pretio Christianis habita fuit; sed verbis, quæ res ipsa postulabat, & affectus veluti suppeditabat, mentis desideria expositæ fuerunt.

* Dic. de solenni Doxologiæ formula; *Gloria sit Patri & Filio & Spiritui Sancto.*

348. Ceterum Viri nudato, mulieres velato capite, utriusque aut stantes, aut flexis genibus, oculis manibusque ad cœlum elevatis, facie denique ad solem orientem conversa, plerumque precari suerunt.

349. Precibus & Psalmorum & hymnorum

346.-348. Act. IV. 24. XX. 36. 1. Cor. XI.
4. seqq. XIV. 16. 26. Ephes. III. 14. V. 19.
Coloss. III. 16. 1. Tim. II. 8. n. 4. HART-
MANN C. XVII. p. 305. seqq. PFAFF 1. c.
not. (r) (x) p. 66. 67. BVDD. p. 823. seqq.
MOSHEIM. §. 13. p. 392. seqq. ITTIG. Se-
lekt. Hist. Eccles. Cap. Sec. I. C. IV. §. 28.
p. 250. Comp. Antiqu. Eccles. L. 2. C. III.
p. 161. seqq.

rum & odarum cantus adjungi suevit: quem morem & Apostolus adprobat, & ad commodum Ecclesiae adhibendum præcipit: quamvis de differentia ac ordine modoque hujusmodi canticorum non sat tis constet.

350. Nonnunquam Precibus *Jejunia* quoque, sive abstinentia a cibo, præfertim ubi majoris momenti negotium sufficiendum erat, addi sueverunt: quæ licet a Christo præcepta non fuerint, ex pietate tamen, exemplo Apostolorum, usū in Ecclesia ita invaluerunt, ut statim jejuniorum dies sensim, salva tamen libertate Christiana, introducti sint.

351. Successit S. *Eucharistia* sive *Cœna Dominica*, in singulis fere conventibus, vesperi, ut videtur, celebrata; in cuius administratione Apostoli Discipulique institutionem Christi accurate haud dubie sequuti sunt: *Consecratio* igitur æque ac a

O 2 CHRI-

350. 2. Cor. XI. 27. VI. 5. 1. Cor. VII. 5. Act. XIII. 2. 3. XIV. 23. MOSHEIM. §. 17. p. 304. seq.

351. PFAFF. de *Oblat. Vet. Eucharist.* §. 3. - 6. p. 168. seqq. Idem de *Consecrat. Vet. Eucharist.* §. 1. 2. p. 355. seqq. Add. 10. GERHARD. Loc. Theol. Art. de S. *Cœna* §. 147. HARTMAN. C. XVII. p. 421. seqq. BVDD. I. c. p. 832. MOSHEIM.

CHRISTO, per ἐὐλογίαν & ἐυχαριστίαν facta; de formula vero adhibita nihil certi constat; an & verba institutionis recitata, & oratio Dominica illis juncta? itidem incertum: commemorationem vero passionis ac mortis Christi factam, minus dubitandum: ceterum mense accumbentes panem poculumque porrectum acceperunt.

- * Not. 1.) *Ritus Cœnæ Dominicæ ex ritibus Iudaicis non incommodè derivari. Scil. 1.) uti convivium paschale ex Agno constitut, qui Deo in loco sancto sacrificandus erat, Deut. XVI. 3. segg. ita Christum ex oblato Patri corporis & sanguinis sui sacrificio epulum eucharisticum parasse.*
- 2.) *Judeis Agnum Paschalem assum, inque mensa positum, Corpus Paschatis dictum: ad hoc fortassis Christum allusisse, verbis; hoc est corpus meum; ut innueret, Discipulos suos hactenus quidem Corpus Paschatis comedisse, h. e. typum Corporis sui, in mortem mox tradendi, nunc vero se ipsis tradere verum Corpus suum, in locum tyrorum Veteris Testamenti, tanquam complementum, successurum.*
- 3.) *Apud Judæos Patremfamilias, in benedictione panis, manu eodem apprehenso, adhibuisse hanc formulam; Benedictus sis Domine, Deus noster, Rex mundi, qui producis panem e terra: Pariter in benedictione vini, elevato utraque manu poculo, dixisse; benedictus*

*dictus sis, Domine Deus noster, Rex mundi,
creans fructum vitis.* Similia forte verba,
sed convivio huic sacratissimo accommodata,
Christum in benedictione panis & calicis,
huic usu destinati, adhibuisse.

4.) *Euxoeristoy & ἐνλογίων* species esse ora-
tionis ad Deum directæ, sed panem & vi-
num simul respicientis : ita quidem, ut illa
sit gratiarum actio pro donis his a Dco ac-
ceptis ; hæc autem benedictio talis, qua ele-
menta hæc ad usum convivii sacratissimi San-
ctificarentur ; unde & Poculum consecratum
τὸ ποτίγμα τὴν ἐνλογίαν appellatum.

5.) Judæos certam habuisse Lectionem Pascha-
lem, quam in Coena Paschali solenniter cer-
toque ordine ac ritu legebant, *Annuntiatio-*
nem vocatam, magnalium scilicet Dei in li-
beratione populi ejus loco, Corinthiis an-
nunciationem sive commemorationem mortis
Christi a PAVLO I. Cor. XI. 26. injunctam.

6.) Panes azymos fractos in Coena Paschali a
Patrefamilias convivis porrectos fuisse, addi-
tis verbis, ad præsens negotium spectantibus :
ita & panem consecratum in Coena Domini,
additis verbis, ab ipso in institutione adhibi-
tis, porrectum : eandem haud dubie ratio-
nem poculi benedicti fuisse.

352. Præcedebant S. Cœnam plerumque
Oblationes, quas status Ecclesiae, certis ad-
huc bonis redditibusque destituta, exigebat:
quilibet enim munus aliquod ex rebus,

O 3 quæ

quæ sibi præsto erant, ad mensam sacram instruendam, nec non Antistites Ministrosque Ecclesiæ, atque pauperes alendos, aliosve sumptus faciendos, offerebat: Ex quibus donis tantum panis & vini, quantum S. Cœnæ administratio requirebat, segregabatur, atque ab Antistite consecrabatur.

* Not. Oblationibus hujusmodi fideles e Judaïs itidem in sacris suis jam adsuetos fuisse.

353. S. Cœnæ junctæ fuerunt *Agapæ*, quæ erant Convivia, charitatis causa instituta, eaque primo Ecclesiæ ævo ante S. Cœnam, die Sabbathi, vel die Dominica, & quidem vesperi, in domibus privatis, celebrari solita.

* Not. Originem easdem trahere a conviviis Judæorum sacrosanctis & festivis.

354. Baptismi ritus, in Ecclesia Apostolica, simplex adhuc fuit; extra conventus publici.

352. IOH. GERHARD *Confess. Cathol. Art. de Sacrif. Missat. pr. VITRING. Proleg. C. 2. P. 10. FFAFF. de Oblat. Euchar. §. 7. MOSHEIM. I. c. C. IV. S. 15. p. 398.*

353. *Luc. II. 46. I. Cor. XI. 21. Epist. Judæ v. 12. GROT. de Cœna administr. p. 22. SCHVRTZFL. Antiqu. Eccles. C. VI. §. 7. p. 660. BOEHMER de Coition. Christ. ad cap. cibum §. 8. 13. 16. 18. 19. BVDD. I. c. S. 833. 835.*

publicos, quovis die, idoneis in locis, immersione in aquam peractus. Administratus autem sub initium fuit ab omnibus qui propagationi religionis operam dabant, & cumprimis ab illo, qui convertendi se ad Christum auctor alicui fuerat, idem sacris etiam initiatus fuit: sed, constitutis Ecclesiis, Presbyteri vel Antistites baptismum ordinarie administrabant.

* Not. 1. Ab initio ad baptismum admissos fuisse omnes, qui verae in Christum fidei, pœnitentiæque documenta edebant, deinceps vero, qui curatius cognitione religionis Christianæ imbuti erant; uti superius observatum est.

2. Dic. de Baptismo super mortuis. 1. Cor. XV. 29.

3. Dic. de Pædopaptismo.

355. Denique & *Uncio Agrotorum* jam in Ecclesia Apostolica obtinuit, quæ a Presbyteris accersitis, prævia confessione peccatorum ab agroto facta, inter preces pro salute animæ & corporis ipsius fusas, perfecta fuit:

O 4

TIT.

354. HARTMANN. C. XVII. 436. seqq. BVDD.

p. 825. seqq. SCHVRTEZL. I. c. C. II. §. 1.

p. 641. PFAFF. not. (nn) (oo) p. 83. MOS-

HEIM. §. 14. p. 369. seqq.

355. Jac. I. 14. seqq. PFAFF. not. (mm) p. 82.

MOSHEIM. §. 16. p. 491. BVDD. p. 836.

TIT. VII.

DE

STATV ECCLESIAE CHRISTIANAE SE-
CVLO II. & III.

ART. I. DE ORDINE AC DIFFERENTIA PER-
SONARVM, CVMPRIMIS MINISTRORVM
ECCLESIAE.

I.

Post exceffum APOSTOLORVM, Seculo
jam II. & III. Status Ecclesiae Christi-
anæ, quod ad Ordinem Personarum, Re-
giminis, Disciplinæ, Sacrorum, magis ma-
gisque efformari, quin & varie mutari
coepit.

2. Nimirum sicuti omnia in Ecclesia
ordine & decenter, ex præscripto APO-
STOLI: fieri debuerunt; ita & *Ordo* inter
Personas, quæ ut Membra Sacram hanc So-
cietatem constituunt, & *distinctio* earum
in diversas *classes*, semper quidem obti-
nuit; attamen successu temporis etiam va-
rias mutationes subiit.

3. Et prima quidem, eaque Ecclesiæ re-
ligionique Christianæ maxime accommo-
data, *Personarum distinctio* haud dubie est,
quod alia, intuitu muneris, quo in Eccle-
sia fungebantur, *DOCENTIVM ac RE-*
GENTIVM, sive *DOCTORVM & RE-*
CTORVM; alia vero, hoc intuitu ab illis
distinctæ, DISCENTIVM & AUDIEN-
TIVM,

TIVM, sive DISCIPVLORVM & AV-DITORVM, classem adimpleverint.

* Not. Ad priorem classem, in Ecclesia Apostolica, *Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, Presbyteros, Episcopos,* iisdemque subservientes, *Diaconos*, in sacris N. T. tabulis, Eph. IV. 11. 12. 1. Cor. XII. 28. Rom. XII. 8. Act. XX. 28. 1. Petr. V. 2. Phil. I. 2. 1. Tim. III. 5. 15. memoratos, & generali nomine *Ministros quoque Ecclesie* passim appellatos, pertinuisse; posteriores vero plerumque *Fidelium, Fratrum, Discipulorum, quin & Ecclesie, Gregis, Multitudinis,* nomine venisse: Atque adeo non uniuersitatem fere *Distributionem Personarum, nisi inter ECCLESIAM & ANTISTITES,* sive, qui presunt; 1. Thess. V. 12; *inter GREGEM & EPISCOPOS, vel PASTORES,* Act. XX. 28. 1. Petr. V. 2. Phil. I. 1. 1. Tim. II. 5. 15. *inter MINISTROS & FIDELES,* 1. Cor. III. 5. denique *inter DOCTORES & DISCENTES,* Hebr. XIII. 17. 24. ibidem obtinuit; ut & superius jam observatum est.

4. At Seculo II. præsertim inde a TERTULLIANI, & vno differentia inter *ORDINEM & PLEBEM,* Ecclesiæ auctoritate

O s con-

4. TERTULL. de *Exhortat. casit. C. VII.*
BOEHMER. de *Different. inter Ord. Eccles. & Pleb. §. 253.*

constituta, usu recepta fuit. Et sub *ORDINIS* quidem, *ECCLESIASTICI* quoque cognominati, appellatione, *EPISCOPI*, *PRESBYTERI* & *DIACONI*, comprehensi; *PLEBIS* vero nomine ceteri Christiani ab illis segregati sunt.

* Not. Distinctionem hanc ex jure Romano depromptam esse: ubi *Ordinis* vox gradum honoris sive dignitatis, atque adeo vel Senatorium, vel Decurionum ordinem; *Plebis* vero appellatio reliquos cives sine hujusmodi dignitate denotavit.

5. Deinceps vero, maxime a Seculo III. Distinctio inter *CLERICOS* & *LAICOS* invaluit, ita, ut *CLERICORVM* nomine iidem, qui ad *Ordinem Ecclesiasticum* relati, *EPISCOPI* nempe, *PRESBYTERI* & *DIACONI*; *LAICORVM* vero appellatio ne *Plebs*, sive *Auditores*, designari suerint. Cui affinis est titulus *SACERDOTVM*

5. IONAT. Epist. ad Rom. §. 3. 4. 7. 8. 9.
PETR. de MARCA de Discrim. Cleric. &
Laic. C. I. §. 1. seqq. 10. CLERIC. Not. ad
Epist. Clement. Rom. Tom. II. Patr. Apost.
P. II. p. 482. BOEHMER. de Differ. int.
Ord. Eccles. &c. §. 4. seqq. PFAFF. Cap.
III. Art. II. not. (b) p. 107. seq. & not (f)
p. 111. MOSHEIM. C. II. §. 19. not. ** p. 206.
Conf. Supra Tit. IV. 15. seqq. & Tit. VI.
§. 14. not. (e).

TVM & SACERDOTII ab Ordine Ecclesiastico, præsertim Episcopis & Presbyteris, hoc tempore affectatus: Utrumque non sine arcana ejusdem Ordinis arte, ad sacram dominatum adspirante, factum videtur.

- * Not. 1.) *Distinctionem prædictam e statu Republicæ & Ecclesie Judaicæ in Ecclesiam Christianam translatam a nonnullis censi.*
- 2.) In Republ. Judaica *Sacerdotes & Levitas* peculiarem constituisse Ordinem, a Populo reliquo distinctum, singularibusque prærogatis gavism: Inter prærogativas has præcipuam haud dubie fuisse hanc, quod, cum *Tribui Levi*, cui Sacerdotii honor tributus erat, nulla pars terræ Chanaan assignaretur, Deus ipse pars, *phr* ejus esse voluerit; Num. XVIII. 20. Deut. X. 9. XVIII. 2. ita nimirum, ut ex illis, quæ Deo ad altare offerebantur, pars quædam Sacerdotibus ac Levitis, altari inservientibus, obvenire debeat.
- 3.) Ut autem divisio terræ per sortem facta LXX. Interpretibus *πληρεχία* dicta, ita & partem agri, quæ singulis familiis sorte obtigit, *πλῆγον*, sortem, vocatam: atque hinc quoque *Sacerdotes & Levitas πλῆγον*, sortem Dei, forte dictos.
- 4.) At rationem hujus denominationis longius petitam, nec fundamentum dictæ distinctionis inde recte repeti, videri: præsertim quod nullibi

- nullibi in Sacro V. T. Codice *Sacerdotes* & *Levitæ κληρος*, portio vel *Sors Dei* dicantur.
- 5.) Interim haud forte negandum, hæc nomina sequiori ævo Judæis Græce loquentibus usu frequentata, atque *Clericorum* nomine *Sacerdotes*, *Laicorum* vero *Plebem* designatam esse.
- 6.) Rectius forte hanc distinctionem ex Synagoga Judaica repeti, cuius Membra in *Presbyteros*, *Doctores* sive *Legis peritos*, & *Plebejos* sive *Idiotas*, divisa fuere. Ioh. VII. 48. 49. Ceterum per duo priora secula *Cleri* & *Clericorum* appellationem, *Episcopis* & *Presbyteris* tributam haud reperiri.
- 7.) Seculo quidem II. ab IGNATIO in primis *Episcopum* cum *Summo Sacerdote* V. T. *Presbyteros* vero cum *Sacerdotibus* saltem comparatos esse; quod tamen postea in abusum tractum, ipsumque *Sacerdotium* iisdem tributum: Imo Epistolas IGNATII. *Episcopis* & *Presbyteris* *Sacerdotium* proprie dicatum tribuentes, atque hoc sensu *Sacerdotes* eos vocantes, spurias vel interpolatas videri; quod sententia talis, Ecclesiæ religiosique Christianæ indoli oppido adversa, a viro Apostolico, rectius ab Apostolis edicto, haud dubie aliena fuerit. Seculo III. autem *Episcopos* & *Presbyteros* a CYPRIANO passim *Sacerdotes* plane vocatos; & Sec. IV. quod Aaron & Filii ejus atque *Levitæ* in Templo fuerint hoc sibi *Episcopos*, & *Presbyteros*,

byteros, & Diaconos, vendicare, ab HIRONYMO assertum esse; uti superius observatum est.

6. In Ordine igitur Ecclesiastico hoc tempore jam EPISCOPI, PRERBYTERI & DIACONI, curatius, gradibus quibusdam, inter se distincti fuerunt: quamvis hi omnes suo modo ministerium verbi & sacramentorum Sec. III. adhuc obirent.

* Not. Gradus hujusmodi ab IGNATIO ita distingui, ut, EPISCOPVM præsidere loco Dei, PRESBYTEROS loco Synedrii Apostolici esse, DIACONOS concreditum sibi habere ministerium Jesu Christi, censeret.

7. Et EPISCOPI quidem, ceu primi inter Presbyteros Seculo II. in plurimis, cum primis majoribus, Ecclesiis, mature jam ad altiorem gradum elevati, eminentia quadam, non quidem jussu divino, sed usu, tacitoque saltem Fratrum Ecclesiaeque consensu, ordinis causa, gaudere cœperunt.

8. Munus quidem ipsorum idem fere hoc
Seculo

6. IGNAT. Epist. ad Magnes. §. 6. Epist. ad Trall. §. 7. TERTULL. de Baptism. c. 17.
PFAFF. I. c. p. 108.

7. 8. IGNAT. Epist. ad Ephes. §. 1. 4. 5. 6.
Epist. ad Magnes §. 2. 4. 5. 6. Epist. ad Smyrnens §. 8. PFAFF. I. c. p. 8. MOSHEIM.
§. 13. 14. ibique not. Conf. Supra Tit. VI.
§. 61. - 63.

Seculo cum eo, quod sub finem ævi Apostolici jam exercuerunt, adhuc fuisse videtur: Sed auctoritatem eorum ac potestatem, in regenda Ecclesia, majora successu temporis incrementa cœpisse, negari nequit; qua de re infra pluribus agendi locus erit.

* Not. *Episcopatus*, paulo altius in Ecclesia surgentis, jam initia quædam sub finem ævi Apostolici, præsertim in Asiaticis Ecclesiis, observata: sed pleniora ejus fundamenta Seculo hoc II. jacta, ac deinceps magis magisque firmata, majoribusque auctoritatis incrementis aucta fuisse.

9. *Numerus Episcoporum successu temporis non parum auctus fuit, adeo, ut in omnibus fere urbibus, in quibus religio Christiana florebat, Episcopus Ecclesiæ præcesset.*

* Not. *Vetusissimos Episcoporum catalogus apud IRENAEVM & EVSEBIVM extare, a TERTULLIANO quoque allegatos. Cum primis Episcopos Romanos, Hierosolymitanos, Alexandrinos, Antiochenos, Ephesinos, Magnesianos, hoc ævo celebrari.*

10. *Sed cum etiam in agris & vicis Ecclesiæ*

IO. BEVEREG. Annot. ad Can. 13. Concil. Ancyrr. Tom. II. Cod. Can. p. 176. BOEHMER. Observ. IX. ad Petr. de Marca L. II. Cap. 13. & Diff. de Chrift. Cat. in Vic. & Agr. MOSHEIM. C. II. §. 17. p. 189.

clesiæ Christo mature colligi cœperint, his quoque Antistites præfecti sunt; qui deinceps, æque ac urbani, *Episcoporum* nomen nasci, & discriminis causa *Chor-Episcopi*, τῆς χωρας ἐπισκόποι, itemque *Rurales Episcopi*, appellati, sensim quoque *Episcopis* urbanis, a quibus ordinabantur, subordinati fuerunt: quales his temporibus jam extitisse, vix dubitandum.

11. PRESBYTERI proxima ab *Episcopo* auctoritate, quin & in nonnullis, præser-tim minoribus, Ecclesiis, ubi *Episcopi* tales non erant, eadem, vel saltem non multo inferiore, auctoritate poliebant. Ceterum munus ipsorum in docendo, atque sacra administrando, ut tamen ab *Episcopi* directione in eo penderent, haud dubie adhuc consistebat; eosdem quoque in regenda Ecclesia partes habuisse, inferius patebit.

12. Hos excipiebant DIACONI, sive Ministri Ecclesiæ, qui *Episcopis* & *Presbyteris*, in ministeriis sublevandis, ad manus erant, atque adeo primis hujus Seculi II. temporibus omnia obibant, quæ iisdem obire non vacabat, aut ad quæ obeunda opera eorum sola non sufficiebat.

13. Munus ergo illorum erat, conven-tus sacros indicare populo, in S. Cœnæ admini-

II. Conf. PFAFF l. c. not. (c) p. 110.

administratione, Episcopo vel Presbytero adsistere, mensam Domini instruere, Consecratione ab Episcopo peracta, symbola sacra inter præsentes dispensare, atque ad absentes deferre, pensa Scripturæ S. præleggere, formulasque solemnes pronunciare, sed & baptismum, auctoritate Episcopi, administrare, & eleemosynas distribuere.

14. Successu temporis, in numerosioribus præsertim cœtibus, divisa sunt Diaconorum ministeria, & facti ex illis alii Diaconi speciatim dicti, alii, Ἀρχιτεκτονοὶ sive Lectores, qui ex pulpito & altiori loco textum sacrum recitabant, alii Ψαλταρίοι, Cantores, alii Ἀνόλαθοι, Episcoporum Pedissequi, alii Ἐξορκισταὶ, qui in nomine J. C. fugabant daemones ab hominibus obsessis, alii denique Ostiarii sive Janitores: quales in Africana in primis Ecclesia exorti feruntur.

15. Idem, præsertim ingenio, doctrina, veritate fidei, morumque integritate conspicui,

12. - 15. IVSTIN. MARTYR. *Apol.* II. p. 98.
& KORTHOLT. in *Not. ad h. l. TERTVLL.*
de Bapt. Cap. 17. CYPRIAN. *de Laps.* &
Epist. 34. 76. GROT. *Annot. ad Luc.* IV. 10.
VITRING. L. 3. P. I. C. 8. p. 723. P. II.
C. 22. p. 132. seqq. PFAFF l. c. p. 107. *Comp.*
Antiqu. L. 1. C. III. p. 82. & not. (7) p. 102.
seqq.

spicui, gravioribus sensim negotiis admoti, atque adeo docendi & concionandi munere, Episcopi permisu, interdum sunti, imo & inter Presbyteros tandem recepti fuerunt.

16. Crescente deinceps Episcoporum auctoritate, munerisque gravitate, factum est, ut singulares quoque *Tractatores* sive *Concionatores*, populo erudiendo præficerentur: sicut & nonnulli, speciatim *Dötiores audientium*, & successu temporis *Catechetæ*, dicti, quorum institutioni *Catechumeni* committebantur, constituti sunt.

17. *AUDITORES*, qui & *PLEBIS* itemque *LAICORVM* nomine Seculo II. & III. venire coeperunt, in varias itidem classes, his temporibus, dispescabantur.

18. Et primum quidem alii ex his dicebantur *FIDELES*, qui omnium, quibus Christiana religio gaudet, mysteriorum participes erant: atque adeo omnes frequentabant conventus sacros, inque iis ad auditionem verbi divini non solum, sed & usum S. Coenæ admittebantur.

19. Alii vero *CATECHVMENI* appellati sunt, qui e Judæis Gentilibusve ad Ecclesiam Christianam accedebant, nomenque ei dabant; sed ut novitii in fide Chri-
P stiana,

16. KORTHOLT. l. c. *Comp. Antiqu. Eccles.*
p. 82.

stiana, necessariis ejus doctrinis adhuc instruendi erant: quibus satis instructi, editis seriae pœnitentiaæ documentis, demum ad S. Lavacrum ducebantur, atque sic in Ecclesiam recipiebantur.

20. Non tamen omnes eodem loco habiti sunt *Catechumeni*. Qui enim primis Christianæ religionis elementis imbuebantur, & quotidie explorabantur, utrum curæ cordique divina evangelii veritas ipsis esset, *Audientes* dicebantur: Atque hi nondum ad Conventus sacros admittebantur, sed singulares ipsis Magistri constituebantur, *Doctores Andientium*, ac dein *Catechetæ* appellati.

21. Qui autem jam profecerant magis in cognitione veritatis, vitæque sanctitate, constaantiamque confessionis præ se ferebant, iis, audituculis sacris, precibusque publicis adesse, licebat: sed mysteria divina cum iis communicare, priusquam per baptismum initiati essent, nefas habebatur.

22. Et hi quidem *Competentes* sive *Candidati*

18.-22. IVSTIN. MARTYR *Apolog. II. TERTIULL. de Bapt. C. ult. CYPR. L. III. Epist.*

17. 22. BALDWIN *ad Minuc. Proleg. PFAFF. Art. III. p. 127. & not. (b) p. 141. Comp. Antiqu. Eccles. L. 1. C. III. p. 78. seq. & not. (z) p. 88. seqq.*

didati Christianismi audiebant; eo quod ad initiationis gratiam sese adspirare, publicis jejuniis, orationibus, ac peccatorum professionibus, demonstrabant: Satis autem preparati probatique, atque peccata confessi, ad baptismum admittebantur; quo initiati in conventum sacrum, ducebantur, atque S. Cœnæ participes reddebantur.

23. Deinde & alia Distinctio omnium Christianorum, tam *CLERICORVM*, quam *LAICORVM*, his temporibus enata est: dum alii *Lapsi*, alii *Poenitentes*, alii denique *Stantes* appellati sunt.

24. *LAPSI* triplicis generis erant: Alii, qui, ob graviora delicta commissa, scandalumque Ecclesiæ datum, ab ejus communione exclusi erant; indeque *Exclusi* vel *Ejecti* dicebantur: Alii, qui, ob criminia perpetrata, excommunicationem metuentes, vel ad hæreticos transfugæ facti, sponte Ecclesiam deserebant, atque adeo seipso communione illius privabant; & hinc *Desertores* vel *Profugi* vocati sunt.

25. Alii, qui, persequutionis tempore, a fide Christiana vel quodammodo, vel penitus defecerant, dum Christianos se

P 2

esse,

24. CYPRIAN. de *Lapsis*, & Epist. 51. 52. 55. 57.
BOEHMER. de *Confad. Christ. Discipl.*
§. 26. 27. PFAFF l. c. not. (b) 130.

esse, ad tempus vel dissimularunt, vel negarunt, vel prorsus Christum verbis aut factis abnegarunt; & idcirco *Apostatae* appellari meruerunt: quorum iterum diversæ fuerunt classes: dum alii *Libellatici*, alii *Traditores*, alii *Thurificati*, alii *Sacrificati*, alii *Blasphemantes* dicti.

26. *Libellatici* dicebantur, qui, metu inquisitionis ac martyrii, libello Praesidi exhibitio, testabantur, se a religione christiana esse alienos; vel saltem pecuniam ei pro avertenda inquisitione, offerebant, ac libellum securitatis, ne ad martyria traherentur, redimebant: atque adeo saltem indirecte, vel ad tempus, religionem negabant, quam non multo post iterum profitebantur.

27. *Traditores* appellati sunt, qui metu cruciatuum territi, vel codices sacros, vel christianorum libros, ethnicis inquisitoribus comburendos tradiderunt. *Thurificati*, qui thus, more gentilium, aris injectum, Diis adoleverunt. *Sacrificati*, qui idolis sacrificarunt, vel de sacrificiis eorum

25. - 27. TERTVLL. adv. Marc. c. 27. CYPR.
L. I. Ep. 3. L. III. Ep. 5. L. IV. Ep. 2.
PFANNER. Observ. Eccles. II. SCHVRTZFL.
Append. ad Controv. & Quest. Antiqu. Eccles. C. IV. §. 1. 2. RECHENBERG. Hist.
Eccles. Sect. 2. Cap. II. §. 42. PFAFF l. c.

rum participarunt. *Blasphemantes*, qui ad convicia Christo dicenda coacti fuerunt.

28. *Poenitentium* in ordinem illi reducebantur, qui lapsi fuerant, ea que propter ab Ecclesiæ communione, exclusi erant vel seipso excluserant, ita ut inter fideles consistere, atque Sacramentis Ecclesiæ frui, nisi pœnitentia publica acta, atque satisfactione Ecclesiæ data, non possent.

29. Denique alii *stantes* vocabantur, qui in fide Christiana persistentes, nullo martyrii metu ab eadem se abstrahi patiebantur. Et hi distinctis nominibus, vel *Confessores*, vel *Martyres* appellati sunt.

30. *Confessorum* nomine ornati sunt, quod, propter confessionem fidei, vel carceres, vel tormenta etiam tolerarunt: *Martyres* vero salutati, qui pro christiana religione vel mortem subierunt, vel tormentorum saevitatem tolerarunt aut superarunt.

31. Hi si morte adficerentur, *Martyres* defun-

PFÄFF. l. c. p. 127. & not. (b) - (g) p. 130. seqq.

30. 31. TERTVLL. ad *Martyres* & BEAT.

RHENAN. in argum. h. libri CYPRIAN.

Epist. 37. RECHENBERG. Hist. Eccles. l. c.

§. 42. 43. Comp. Antiqu. Eccles. L. I. C. III.

p. 85. seq. & Not. 12. 13. 14. p. 115.

defuncti vel consummati audiebant: Sin vero vel restituerentur in libertatem, vel in vinculis ad mortem reservarentur, *Confessores & Martyres* designati; sicut & *Confessores*, qui in carcere ante martyrium obierunt, *Martyrum* elogio honorati sunt.

* Not. 1. Magnam *Confessorum & Martyrum* in Ecclesia veteri auctoritatem, magnumque honorem fuisse.

2. Divitiam religionis christianæ auctoritatem misifice, per *Confessiones* hujusmodi publicas & *Martyria*, confirmatam fuisse.

32. Spectant hoc quoque *DIP TYCHA*, quæ erant tabulae simul junctæ, quibus nomina *Fidelium*, præclare de Ecclesia meritorum, inscripta erant; altera tabula nomina vivorum, altera demortuorum nomina continebat: qualia Sec. II. III. & IV. maxime in usu fuerunt.

* Not. 1. Diversas fuisse tabulas, in quibus nomina *Fidelium*, vel ante vel post baptismum, annotata sunt.

2. Diversa quoque fuisse *Polyptycha*, in quibus nomina pie mortuorum scripta fuerunt.

33. Non autem omnes Christiani & Fideles, sed *Martyres*, *Confessores*, *Episcopi*, & singularibus eximisque meritis conspicui *Presbyteri*, id honoris consequerantur, ut nomina eorum in diptycha referrentur. Horum enim memoriae hoc datum fuit, ut exempli causa eorum nomina

mina e diptychis prælegerentur, & hoc publico solennique elogio ornarentur, alii vero ad parem constantiam incitarentur.

34. Nomina hæc non quotidie, aut singulis hebdomadibus, aut mensibus, sed quovis anno semel a Diacono prædicta sunt, in loco Ecclesiæ sanctissimo, vel apud ambonem: atque adeo anniversarium fuit hoc institutum; idque eo pertinuit, ut ad imitandum proponeretur, & quasi esset regula ac invitamentum pietatis & constantiæ fidelium Christianorum.

35. Ea de causa qui notam turpis vitæ sibi inusserant, aut, in heresin prolapsi, sibi, vel Ecclesiæ ignominiam attulerant, expuneti sunt, ut non initium solum sed etiam progressus & continuatio virtutum Christianarum hoc ritu commendaretur & injungeretur: neque vero, si eos pœnitiret vel pernicioſi erroris, vel vita male actæ, in Diptychis consignabantur.

ART. II. DE REGIMINE ECCLESIAE AC DISCIPLINA ECCLESIASTICA SEC. II. & III.

36. CONFOEDERATIO Christianorum, sive arctissima Fidelium unio ad unum Corpus, & commune quoddam Regimen,

P 4

gimen,

32. - 35. CYPR. L. III. Ep. 6. SCHVRTZFL.
Concr. & Quasi. Ant. Eccl. C. XXVI.

gimen, sanctamque in primis *Disciplinam*, his temporibus etiam luculentis constituit documentis: quæ in *Baptismo*, per modum pacti, solenni *contestatione* inita, in *Conventibus sacrī*, cum primis S. Synaxi, confirmata, *Fraternitatem* quandam inter Fideles peperit, *osculo pacis* ob signatam.

37. *REGIMENTUM* Ecclesiæ his temporibus toti adhuc *ECCLESIAE* co mpetebat: ita quidem, ut penes **CONSESSVM ORDINIS ECCLESIASTICI** auctoritas quædam ac moderamen negotiorum esset, in gravioribus tamen negotiis nihil facile sine consensu *Plebis* statueretur; atque adeo omnia Ecclesiæ nomine expedirentur.

38. *CONSESSVS ORDINIS ECCLESIASTICI* in principio Sec. II. uti a vo
Aposto-

36. PLIN. L. X. Epist. 97. TERTVLL. *Apologet.* C. 2. p. 3. & ad *Scapul.* C. 1. p. 68. & de *Corona* C. 3. p. 102. 1. Cor. XII. 12. 13. Eph. II. 20. IV. 3. sqq. Act IV. 32. Rom. XVI. 1. 1. Cor. XVI. 20. 2. Cor. XIII. 12. 1. Petr. V. 14. BOEHMER. de *Confœd. Christi Discipl.* §. 18. seqq. PFANNER. L. II. Ob serv. Eccles. 2. PFAFF. C. II. Art. II. p. 39. & not. (bb) p. 68.

37. TERTVLL. de *Exhort.* Caslit. C. 7. vi TRING. L. II. C. 2. p. 475. seq BOEHMER. Diff. de *Confess.* Ord. Eccles. §. 5. 6.

Apostolico, *Collegio Presbyterum* consti-
tisse videtur: cui regulariter *primus* in or-
dine *Presbyter* praeftuit, atque, *Præsidis*
instar, negotia Collegii direxit, ita tamen
ut omnia Collegii nomine fierent.

39. Sed successu temporis *Primæ sedis*
auctoritas invaluit, decreto Ecclesiæ quo-
que, variis ex causis, firmata: ita, ut non
solum, per *electionem*, unus ex *Presbyteris*,
qui maxime idoneus videretur, in prima
fede collocatus, atque Confessui Ordinis
præpositus, sed & præcipua auctoritate
negotia Collegii & Ecclesiæ moderatus
fuerit.

40. Atque huic, primam sedem tenenti,
Presbytero, *EPISCOPI* nomen, antea
omnibus *Presbyteris* commune, tandem
soli, per excellentiam, tributum; eo quod
eidem suprema ac primaria *Inspectio*, non
solum in totam Ecclesiam, sed & in ipsum
Confessum Ordinis Ecclesiastici, deman-
data fuerit.

41. Hoc pacto igitur *EPISCOPI*, a
Presbyteris plane distincti, in Ecclesiis pas-
sim enati sunt: quorum potestas pariter ac
P 5 digni-

38. VITRING. l. c. p. 475. PFAFF. Cap. III.
Art. II. not. (c) p. 110.

39. HIERON. Epist. ad Evagr. 285. HILAR.
ad Ephes. IV. BOEHM. de Conf. O. E. §.
15. p. 416. seqq.

dignitas ita successu temporis increvit, ut tantum non omnia a nutu Episcopi pendere coeperint, nemoque actum sacrum, sine ipsius auctoritate, suscipere ausus fuerit.

42. In singulis igitur Ecclesiis **CONSESSVS** hujusmodi **ORDINIS ECCLESIASTICI** haud dubie extitit: qui in non-nullis, praesertim majoribus, ex *Senatu Presbyterorum*, forte & *Diaconorum*, cui praeerat *Episcopus*; in minoribus autem ex *Presbyterio*, sive *Collegio Presbyterorum & Diaconorum*, constitisse videtur.

43. In Ecclesiis, ubi **EPISCOPVS** Confessui *Ordinis Ecclesiastici* praeerat, hic sua exercebat *Jura*, quæ *Episcopalia* hinc reæ vocantur, eaque duplicitis generis: alia, quæ ad *Ministerium Ecclesiaz* sive *Officium Pastorale*; alia, quæ ad *Regimen Ecclesiaz* pertinebant.

44. *Jura Ministerii* sive *Officii Pastoralis*, quæ & *Ministerialia* vel *Pastoralia* non incommodo appellantur, puta *jus docendi*
&

40. 41. HILAR. in *i. Tim. III.* BOEHMER.
l. c. §. 16. p. 417.

42. IVSTIN. MART. *Apol. II.* p. 76. 77. 80.
LYCARP. *Epiſt. ad Philipp.* §. 5. ibi: oporet
subjici *Presbyteris & Diaconis*. DODWELL.
Diss. Cypr. IX. RECHENBERG. *H.E. Sec. II.*
§. 37. PFAFF. l. c.

& *Sacramenta administrandi*, quæque ante omnibus Presbyteris erant communia, *EPISCOPI* ab eo tempore, quo, se successores Apostolorum esse, existimarunt, horum exemplo, sibi solis primario vindicarunt, ita, ut *Presbyteri* eadem, sine Episcopi, pensa distribuentis, auctoritate, exercere vix ausi fuerint.

45. Cum autem, amplificatis præsertim Ecclesiis, *EPISCOPVS* officiis hujusmodi rite obetundis solus haud sufficeret: *PRESBYTERI* etiam, ex mandato ipsius, & vicaria quasi potestate, munus docendi atque S. Eucharistiam consecrandi, itemque baptismum dandi, exercebant; quamvis ius baptizatos ungendi atque *confirmandi* *EPISCOPVS* sibi soli adhuc reservaret.

46. Imo patebat nihilominus *EPISCOPO* aditus ad omnes Ecclesiarum, quas regebat, cathedras, ita, ut non solum ipse,

44. TERTVLL. de *Bapt.* C. 17. CYPRIAN.

Epist. 3. p. 6. LE MOYNE *Not.* ad Polycarp.

Epist. p. 35. ap. VITRING. p. 417. BINGHAM. Orig. Ecclœf. L. II. C. 3. p. 84. seqq.

BOEHMER. de *Confœd. Chrif.* *Difc.* §. 67. p. 210. de *Diff. int. Ord. Ecclef.* §. 42. p. 377.

Difl. de *Jure dandi bapt.* §. 4. 6. 7. MOSHEIM. C. II. §. 44. p. 183.

45. 46. BOEHMER. de *Jure dandi bapt.* §. 7.

MOSHEIM. I. c. p. 182. seqq.

ipse, ubicunque vellet, populum docere, sed in multis etiam cœtibus concionem Presbyteri, quem docere jussérat, argumen-to ejus repetito, vel probare, vel emendare posset.

47. Huc quoque pertinet *Cura pauperum & viduarum atque Administratio Eleemosynarum*; quod munus antea *Presbyteris* proprie *incumbebat*: Sed ex quo *EPISCOPI* a *Presbyteris* distingui cœperunt, iidem hoc quoque munus sibi prorsus vindicarunt; nisi quod absentes vel impe-diti istud *Presbyteris & Diaconis* sapienter delegare sueverint.

48. *Jura REGIMINIS* ad universam Ecclesiam proprie pertinebant, *EPISCOPI* vero, ex tacito Ecclesiæ consensu, adeoque nonnisi nomine & auctoritate ipsius, eadem administrabant: ita quidem, ut alia, tanquam reservata, Episcopus *Solus*, alia, adhibitis in consilium *Presbyteris*, alia vero, quæ ad salutem totius Ecclesiæ spectabant, non solum totius *Or-dinis Ecclesiastici*, sed & *Populi*, suffragio, susciperet.

* Not. *Regimen Ecclesiæ Episcopos*, ex instituto divino, argumento ducto, partim a *poteſtate clavi-*

47. POLYCARP. *Epist. ad Philip. IVSTIN. M.*
Apol. II. p. 99. BOEHMER. de Differ. int.
Ord. Eccles. S. 25. 26.

clavium, Apostolis, quorum successores videri volebant, partim a Sacerdotio V. T. quod in N. T. in se translatum esse fingeabant, Sec. III. in primis jure proprio sibi, sed perperam, asserere coepisse.

49. Jus *constituendi* Episcopos, Presbyteros & Diaconos, penes totam Ecclesiam erat: Constitutio per *Electionem* fiebat; in qua adeo non solum *Ordo Ecclesiasticus*, sed & *Populus*, habebat quod ageret; Ceterum id maxime agebant, ut talis eligeretur, qualem *APOSTOLVS*, in Epistolis ad *TIMOTHEVM* & ad *TITVM*, Episcopum esse vult.

50. Modus autem eligendi *Episcopum* fere hic erat: Conveniebant *Episcopi* vicini, *Ordinatores* dicti, in urbe, ubi sedes vacabat: Idem *Presbyteros* rogabant congregatos, quem maxime idoneum ad munus vacans censerent: Ab his cum talis designatus esset, ab *Episcopis* etiam *Populus* quid de designato sentiret, interrogabatur; cui liberum erat, designatum suffragiis suis vel probare, vel rejicere.

51. *Electus* ita *Episcopus* etiam *Ordinatus*, sive impositis manibus, junctisque preci-

50. CYPRIAN. *Epist. 4. p. 9. Epist. 59. BOEHMER. de Confad. Chr. Disc. §. 66. 67. RECHENBERG. H. E. Sect. II. C. III. §. 29. MOSHEIM. I. C.*

precibus, ministerio, Ecclesiæ consecratus est: *Ordinatio* ista haud dubie ab *Episcopis Ordinatoribus*, adsistentibus *Presbyteris & Diaconis* in Ecclesia facta fuit: *Presbyteri* ab *Episcopo* Ecclesiæ suæ eadem fere ratione ordinati sunt; quamvis interdum quoque *Presbyteris* *Ordinatio* ab eodem delegata fuerit.

52. Ad *Regimen Ecclesiæ* maxime spectabat *DISCIPLINA ECCLESIASTICA*: quæ Sec. II. & III. in primis eo curatius severiusque exerceri cœpit, quo magis hac tempestate cavendum erat, ne vita Christianorum Gentilibus scandalo esset, neque obtrœctandi ansam illis præberet.

53. Duplicis autem generis homines erant, qui *Disciplinæ Ecclesiasticae* subjacebant: Alii, qui, ob graviora delicta, excludi ab Ecclesiæ communione merebantur; quo facto, *Ejecti* vel *Exclusi* audiebant; alii, qui Ecclesiam sponte deseruerant,

50.-52. Act. VI. s. CYPRIAN. Epist. 68. VI-
TRING. L. III. P. I. C. 14. p. 822. seqq.
BOEHMER. de *Confess. Ord. Eccles.* §. 16.
p. 420. MOSHEIM. I. c. §. 14. p. 181. seqq.
§. 15. p. 187. Comp. *Antiqu.* L. I. C. 3.
p. 83. §. not. (g) p. 106. seqq.

53. RECHENBERG. H. E. Sect. II. C. II. §. 38.
§. C. III. §. 32. BOEHMER. de *Confœd.*
Christ. Discipl. §. 45.

rant, atque adeo a communione illius factio suo se ipsos excluserant, indeque *Desertores* appellati sunt, veluti *Lapsi*, *Apostatae*, *Hæretici*, *Schismatici*.

54. Ipsa vero Disciplina Ecclesiastica tribus fere partibus constabat: *Ejectione*, *Pœnitentia Ecclesiastica* & *Absolutione*: Prior tantum in prioris generis hominibus; posteriores duæ etiam in posterioribus, nempe Desertoribus, locum habebant.

55. *Ejectio*, eaque publica, quæ & *Excommunicatio* dicta, proprie in denegatione communionis & exclusione ab Ecclesiæ beneficiis, cum primis Eucharistia, juribusque fraternitatis, consistebat.

* Not. Privatam *abstentionem* non operatam esse totalem exclusionem, nisi cum consensu Ecclesiæ.

56. Nec tamen ob quævis *delicta*, sed tantum *enormia*, neque ob *occulta*, sed *manifesta*, locum habebat. Cessabat quoque circa *Desertores*, quippe qui jam desertione sua a communione Ecclesiæ se ipsos excluserant: modo desertio esset manifesta; secus si dubia, aut quæstio *præjudicialis*, an hæresis sit, quam quis amplexus esset, prius decidenda, atque adeo causa cognitio, vel saltem sententia declaratoria, requireretur.

57. *Ejectio* talis, sive *Excommunicatio*, per modum *Judicii*, *prævia causa cognitione*, atque accidente decreto, ab Ecclesia

sia fiebat; unde & *Dies Cognitionis*, fratrum decreto, Reis dicebatur: Neque etiam a solo *Episcopo*, licet præsidente atque judicium dirigente, nec solius *Ordinis Ecclesiastici* consensu, sed & *Plebis* suffragio, in conventibus sacris, decernebatur.

58. Quodsi *Ejecti*, vel *Desertores*, in Ecclesiam atque communionem fraternalm recipi iterum cuperent: *Pœnitentia* opus erat, *Ecclesiastica* speciatim cognominata.

59. *Pœnitentia* generatim vel *Interna* est, quæ in dolore animi, peccata admissa detestantis, consistit: vel *Externa*, quæ partim *Confessione* peccatorum admissorum, partim *Deprecatione*, ad eum, qui peccatis læsus est, directa, peragitur.

60. Deinde *Pœnitentia* alia est *Privata*, alia *Publica*: alia *DEV M*, alia *Ecclesiam* respiciens.

61. *Pœnitentia*, *DEV M* respiciens, est, qua quis peccata, adversus Deum commissa, seria mente dolet, vel verbis Deo confitetur, atque deprecatione facta, remissionem eorum a Deo impetrare conatur.

62. Atque

55.-57. TERTVLL. *Apol.* 39. de *Pudicit.* C. 19.

p. 572. CYPRIAN. *Ep.* 31. 34. & 44. BOEHMER. de *Confœd.* *Chr.* *Disc.* §. 28. 33.

41.-44.

58. BOEHMER l. c. §. 29.

62. Atque hæc vel inter *privatos* parientes, remotis arbitris, fieri potest, qualis ad officium cuiusque Christiani pertinet: vel quodammodo *publice* in præsentia testium: qualis erat Pœnitentia *Catechumenorum*, qua, ante baptismum, peccata, hactenus perpetrata, Deo confitebantur, emendationemque vita pollicebantur, quæ tamen intuitu Pœnitentiæ Ecclesiastica, de qua mox, *privata* potius, quam *publica*, censenda.

* Not. Pœnitentiam privatam & particularem, secreto factam, primis seculis non fuisse moris, sed *AVGVSTINI* ævo demum indultam.

63. Pœnitentia *Publica*, quæ & *Ecclesiastica*, itemque *Disciplinaris*, speciatim cognominata, solenni quodam actu, qui *Exomologesis* dictus, perficiebatur; atque tum *Confessionem* publicam & solennem, tum *Deprecationem* publicam solennemque continebat.

64. *Confessio publica* actus erat solennis, quo detestatio delicti commissi, solenni ritu, verbis vel factis, publice coram Ec-

clesia

62. IVSTIN. M. *Apol.* II. p. 93. CYPR. de *Laps.* TERTVLL. de *Pœnit.* de *Bapt.* C. 10. SCHVRTZFL. *Controv.* & *Quæst.* XXXVII. §. 5. 6. BOEHM. I. c. §. 31.

63. 64. TERTVLL. de *Pœnit.* C. §. p. 120. BOEHMER. §. 53.-55.

clesia a pœnitente declarabatur. *Deprecatio* autem erat actus solennis, quo pœnitens Ecclesiam, ut veniam delicti perpetrati ipsi indulgeret, atque laſionem sibi illatam remitteret, solenni ritu, publice implorabat.

65. *Pœnitentiam hujusmodi publicam*, ex præscripto Ecclesiæ, *solennes* comitabantur *ritus*, quibus diversi *Exomologeseos* gradus, diversaque *Pœnitentium* stationes & classes, discernebantur; certum quoque tempus iisdem, pro diversitate criminis, præscribi solebat.

* Not. *Solennem* hanc *Pœnitentiam* occasione Persequutionum institutam esse.

66. Tales erant: 1.) *πρόσκλησις*, *Fletus*, quando, ante foras Ecclesiæ stabant flentes, atque supplices implorabant ingredientes, ut veniam sibi darent, atque pro se orarent; idque per tantum tempus, quantum Ecclesiæ placebat: 2.) *ἀνγόστις*, *Auditio*, ubi tempore hoc elapso, in aditus porticu Ecclesiæ, inter Catechumenos stare ipsis permittebatur.

67. 3.) *Τύποτωσις*, *Substratio*, ubi ingredi

67. IRENAE. *Adv. Heret. L. I. C. 9. TERTVLL.*
de *Pœnit.* CASAVBON. *Exerc. XVI. n. 43.*
SCHVRTZFL. *Quest. & Antiq. Eccl. XXXVII.*
§. 3. seqq. RECHENB. *I c. C. III. S. 32.*
PFAFF. Art. III. not. (f) Comp. Antiq. Eccl.
L. 2. C. II. p. 135. & Not. (s) p. 143.

gredi iis licebat, sed ita, ut retro ambonem
fese prosternerent, & cum Catechumenis
rursus abirent: 4.) σύστοις five μετεζησ,
Consistentia, ubi inter Fideles in Ecclesia
stare atque orare licebat.

* Not. 1. Hinc quatuor *Poenitentium* stationes
natas; *Fleantum*, *Audientium*, *Prostratorum* &
Consistentium.

2. Habitum quoque *Poenitentium* fuisse sordidum
& sacco cinereque irvolutum, in quo jacerent,
atque adgenicularentur.

68. *Quales ritus eo spectabant*, ut non
solum Ecclesia, tum de animo pœnitentium,
peccata admissa serio dolente, tum
de satisfactione, offensa causa sibi præ-
stata, certior redderetur: sed & ipsi pœ-
nitentes, tristi suo exemplo, & alii stantes
eodem, a simili lapsu aut crimine deterre-
rentur; quin & exteri tali spectaculo, in
Ecclesia haud impune peccari, edoceren-
tur.

69. *Pœnitentiæ hujusmodi publicæ*, ex
præscripto Ecclesiæ rite legitimeque per-
actæ, effectus erat *Satisfactio*, Ecclesiæ,

Q 2 per

68. MART. CHEMNIT. *Exam. Concil. Trid.*
P. II. Loc. XI. de Satisfact. §. 5. BOEH-
MER. I. c. §. 57. p. 184.

69. BOEHMER. I. c. §. 57. 60. SCHVRTZFL.
I. c. §. 8. seqq. & *Append. C. III.* §. 2. seqq.
p. 647. seqq. PFAFF. I. c. not. (g).

per peccata lapsorum aliorumve delinquentium offensæ, debita : quippe quæ unice per exomologesin istam, ejusque gradus, ab Ecclesia illis impositos, intendebarunt; quæque initio lenior, successu temporis autem, Sec. III. maxime, severior facta.

* Not. *Satisfactionem* in eo constitisse, quod, cum Ecclesia lœsa a delinquentibus postulaverit, ut publice delictum vario mœstiaæ genere detestarentur, & diurno tempore in hoc squalore persisterent, hi laborioso hoc pœnitentiæ genere perfundi fuerint.

70. Antecedebant nonnunquam & *Intercessiones Martyrum* aut *Confessorum*, qui pœnitentes, libellis datis, ad Episcopos remittebant, & pro auctoritate, qua pollebant, efficiebant, ut absolutionem, pacemque, quæ difficilior obtentu videbatur, eo facilius obtinerent.

71. Satisfactionem consequbatur *Absolution* atque *Reconciliatio* cum Ecclesia, quæ nihil aliud erat, quam injuriaæ, per violationem foederis, Ecclesiæ, a delinquentibus illataæ, remissio, atque pœnitentium in pacem & communionem fraternitatemque receptio.

* Not. i. *Absolutionem* hanc ab ea, quæ intuitu

D E I

* 70. TERTVLL. ad *Martyr.* C. I. CYPR.
Ep. 86. BOEHM. §. 16.

DEI fit, & justificationem peccatoris coram Deo operatur, probe secernendam esse.

2. Eandem nonnullis denegatain, non tamen intuitu Dei; interdum quoque in perpetuum exclusis ex gratia concessam.

72. *Absolutio* hæc a tota Ecclesia, quippe quæ & tota læsa erat, atque adeo non a solo *Ordine Ecclesiastico*, sed & *Plebis* consensu, idque prævia causæ cognitione, decernenda erat; *Episcopo* tamen actum ipsum dirigente.

73. Decreta *Absolutio* ita perficiebatur, ut Pœnitens, Exomologesi per tempus definitum peracta, & cumprimis confessione peccatorum admissorum publica, in Ecclesia, coram auribus omnium fidelium, facta, per impositionem manuum, ab *Episcopo* vel, hoc absente aut delegante, ja *Presbyteris*, aut *Diaconis*, nomine Ecclesie, in tesseram reconciliationis, expeditam, in gratiam & pacem Ecclesie reciperetur, ac tandem ad S. Synaxin admitteretur.

74. Hinc nata sunt *JUDICIA ECCLESIASTICA*, qua tamen nonnisi *Collegia*lia, erant, *Confœderatæ Disciplinae* innixa; qualia, post sermones sacros, in Conventibus sacris, coram omni Ecclesia instituebantur, & in quibus de his, quæ ad discipli-

Q 3

scipli-

71. - 73. CYPRIAN. Ep. 14. 15. 16. 18. 30. 49.

55. 59. 64. BOEHMER. I. c. §: 45.-52.

sciplinam ecclesiasticam pertinebant, de gradibus ac tempore pœnitentia definientis, de lapsis, pœnitentibus & catechumenis in Ecclesia communionem recipiendis, judicabatur.

75. *JVRIS DICTIO* autem *Ecclesiastica*, quæ in his Judiciis exercebatur, itidem mere *conventionalis* erat, atque toti Ecclesia competebat; ita, ut *Episcopus* & *Ordo Ecclesiasticus* quidem Directorum munere fungerentur, nihil tamen, sine *Plebis* suffragio, in iis decerneretur: quamvis *Episcopi*, successu temporis, imminuto *Plebis* jure, tantum non omnem *Jurisdictionem Ecclesiasticam*, proprio jure sibi arrogarint.

76. *Ordo* horum *Judiciorum* simplex & naturali juri conveniens erat. Nimirum primum *Dies Cognitionis Reis* ab *Episcopo* præsidente dictus: hic ubi illuxit, *causa* in Ecclesia, tam a Clero, quam a Populo, *cognita*: cognitione finita, *Sententia*, ex *Ordnis Ecclesiastici* non solum, sed & *Plebis* suffragio, ab *Episcopo* pronunciata est.

77. Unde liquet, *Judicia* hujusmodi non

74. 75. TERTVLL. *Apol.* C. 39. p. 31. *Orig.*
in *Ex.* XXI. *homil.* 12. BOEHMER. §. 62.
69. *Comp. Antiq. Eccles.* L. II. C. II. p. 134. sq.
76. 1. *Cor.* VI. 4. seqq. *Comp. Ant. Eccles.* l. c.

non fuisse *civilia*, neque magistratum ci-
vilium auctoritati adversa: quamvis indi-
gnum christianæ religionis professione
haberetur, per lites & rixas coram judi-
ciis ethnicorum civilibus scandalum illis
præbere; cum charitatis potius ac mansue-
tudinis documenta, remittendo in gra-
tiam fratri de jure suo, edenda essent.

78. *Confederatio* quoque Ecclesiarum
hoc tempore adhuc duravit; atque adeo
Jus Fraternitatis inter ipsas Ecclesiæ ob-
tinuit: unde & arctissimam inter se unio-
nem, per *litteras* in primis pacificas &
communicatorias, conservare conatae sunt,
& communi saluti invigilarunt: sed & ex-
ternis signis veluti *tesseris*, eam declara-
runt; cujusmodi erant, *osculum pacis*, no-
men *fratris*, atque *S. Synaxis*, *Episcopis*
& *Presbyteris* adventantibus transmissa.

* Not. *Pape*, i. e. Patris, nomen tunc *Episco-
pis* omnibus fuisse commune: *Episcopos* vero se
in vicem *Frates*, *Collegas*, *Coepiscopos* & *Con-
sacerdotes*, salutasse.

79. Ex eadem Ecclesiarum communio-
ne *Excommunicatio* quoque integris Eccle-
siis applicari coepit: qua adeo nihil aliud
erat, quam unionis & communionis de-
negatio; unde & Schismata enata sunt, &
communicatio per litteras cum illis ces-
savit.

80. Ceterum mansit inter Ecclesiæ ita

Q 4

con-

confederatas summa *equalitas* atque *libertas*; ita, ut nulla Ecclesia in alteram, neque adeo ullus Episcopus in alterum haberit imperium: quamvis nonnullæ Ecclesiæ, præsertim antiquiores, & ab Apostolis ipsis conditæ, auctoritate quadam præ ceteris valerent.

81. Sicuti autem *Episcopi* directionem negotiorum Ecclesiasticorum in suis Ecclesiis habebant; ita & hoc negotii sibi datum credebant, ut, exemplo APOSTOLORVM, aliarum quoque Ecclesiarum curam gererent.

82. Hinc auctores nonnunquam, exigente necessitate, aut utilitate suadente, fuerunt, ut *Episcopi* Fratresque plurium Ecclesiarum, præsertim vicinarum, quas ipsa Provinciae conjunxerat ratio, congregarentur, ac de rebus communem salutem respicientibus deliberarent, quidque expediret Ecclesiæ, communibus suffragiis decernerent; quales Conventus

SYNO-

-
78. - 80. Rom. XVI. 1. 1. Cor. XII. 12. 13.
 XVI. 28. 2. Cor. XIII. 12. Eph. II. 20.
 IV. 3. seqq. Act. IV. 32. 1. Petr. V. 14. IVST.
 MART. Apol. II. f. TERTVLL. de præscr.
 heret. C. 9. IRENAE. adv. Hæres. L. I.
 C. 3. BOEHMER. I. c. §. 25. p. 113. seqq.
 SCHVRTZFL. Antiq. Eccles. VIII. §. 6.

SYNODI, puta *Provinciales*, itemque
CONCILIA Provincialia, dicti.

83. *Synodi* hujusmodi non ex solis *Episcopis*, sed & *Presbyteris*, & *Diaconis* constabant, quin & interdum ex *Laicis* non nulli interfuerunt: ut *Episcopi* tamen prærogativa & auctoritas ubique prævaleret.

84. Quamvis autem nonnunquam & *Judicia Ecclesiastica* in *Synodis* instituta sint, veluti si de *hæreticis* excludendis actum fuit: non tamen semper *Judiciorum* rationem habuerunt; sed, uti in *Conventibus Collegialibus* fieri solet, de propositis negotiis ecclesiasticis consultatum, atque ex suffragiis omnium vel plurium decreatum est.

* Dic. de *Synodis* Sec. II. & III. congregatis.

ART. III. DE CONVENTIBVS SACRIS ET CVLTV DIVINO SEC. II. & III.

85. Sec. II. & III. durante adhuc Persecutionum tempestate, Christani in religionis suæ exercitio latere maluerunt, at-

Q 5 que

81.-84. BOEHMER. I. C. §. 70.-73. B. ITTIG.
Hist. Eccles. Sec. II. Cap. II. Comp. Ant. Eccles. L. I. C. III. p. 84. RECHENB. H. E. S. 2. C. II. §. 36. & C. III. §. 24.

85. VITRING. L. I. P. III. C. I. p. 436. seqq.
SCHVRTZFL. *Antiq. Eccl. XII. §. 7. Comp. Antiq. Eccles. L. I. C. I. p. 4.*

que *Loca* conventuum suorum Gentilibus occultare: Unde s^epius in *cryptis* ac *sylvis*, aliisve locis a conspectu remotis, aut in *cæmeteriis*, Martyrum sepulchra continentibus, interdum & in *ædibus* honoratioribus, sacrorum causa convenerunt.

86. Seculo autem III. vergente, constat, a Christianis jam *Oratoria* passim in Imperio Rom. ædificata esse, *Conventicula* etiam dicta, sive *Ædes conventuum publicas*, religionis suæ exercitio sacras, Gentilibus quoque hoc nomine cognitas: quæ cum initio forte modicæ capacitatatis ædificia essent, deinceps magis dilatata atque spatioſiora extorta sunt.

87. *Conventus* igitur *occulti* atque *antelucani* sacrorum causa haec tempestate maxime instituti sunt: in quibus cereos & lycinos adhibitos fuisse, non dubitandum. Quomodo autem cœtus convocati sint, an per Diaconos, aliosve ministros, incertum.

88. *Ritus* autem & *Ceremoniae Cultus* di-
vini,

86. EUSEB. *H. E.* L. VII. C. 30. & L. VIII.

C. I. VITRING. l. c. p. 434. seq. Comp.
Antiq. Eccles. l. c. p. 5.

87. PLIN. *Epiſt.* 9. B. ITTIG. *H. E.* Sec. II.

C. IV. §. 24. BOEHMER. *de Sacris Chriſt.*
antelucan. Comp. *Ant. Eccl.* L. I. C. II. p.
34. 36. not. (3) p. 49. seqq. & not. (4) p. 51.

vini, initio pauciores & simpliciores ad-huc fuere; quales ex ævo Apostolico de-rivati sunt. Successu temporis autem, præ-sertim cum ex Judæis & Gentilibus plu-res, ritibus sacrorum variis adsueta, ad Ec-clesiam accederent, similesque in Religio-ne Christiana desiderare viderentur, incre-verunt.

89. *Festa Christianis* hoc tempore sacra, *Sabbathi* religione sensim cessante, saltem *Dies Dominica*, nec non *Pascha* & *Pente-coste*, adhuc fuerunt, solenni ritu devota-que *lætitiae* significatione, quantum illa persequutionum tempestate licuit, cele-brata.

90. *Die Dominica* omnes, qui vel in ur-bibus, vel in agris, degebant, in unum lo-cum convenerunt, atque verbi divini le-ctioni & explicationi, aliisque divini cul-tus exercitiis, sed & *Agapis* institutis, nec non eleemosynarum erogationi, vacarunt, omnemque diem in *lætitia* transegerunt.

91. *Quod ad Paschatos* festum attinet, cum initio Christiani eodem tempore cum Judæis, *Pesah* suum celebrantibus, *Resur-rectio-*

88. RECHENBERG. H. E. C. II. §. 40. §. C.

III. §. 33.

90. IUSTIN. *Apol.* II. C. 87. ITTIG. I. c.

§. 23. PFAFF I. c. not. (q) p. 153. Comp.
Ant. Eccl. I. c. p. 36. seq.

rectionis CHRISTI memoriam recoluissent: deinceps, graves ob causas, decretum, Pascha Christianorum a Judaico dividendum esse; quæ res tandem insignes excitavit contradictiones, dum alii XIVta post novilunium die, alii prima Die Dominicæ, novilunium subsecente, festum Paschale celebrandum, contenderunt.

92. Duplex autem Pascha mature in Ecclesia celebrari sivevit, nempe πάσχα σεωτίμον & πάσχα οὐαστίμον: illud passionis Christi, hoc resurrectionis Christi memoriae sacram.

* Not. 1.) Prius istud nihil aliud fuisse, quam παρεστανεῖν, & religionem præparationis ad solennitatem istam magnam pachalem, in resurrectionis memoriam, cum hilaritate celebrandam.

2.) Antiquissimos Christianos jam omne istud tempus parœcavasticum continuo jejunio & precibus transegisse: nimirum diem veneris & saturni, seu XL. istas horas, inde a nona hora diei sexti, quo Christus animam reddidit, usque ad ortum solis diei primi, quo surrexit, computatas.

3.) XL. hasce horas deinde, sub Seculi III. finem.

in

91. 92. E. ITTIG. H. E. Sec. II. C. II. §. 1.-7.

PFAFF. l. c. not. (r) p. 155. seqq. Comp.

Antiqu. Eccles. L. i. C. II. p. 37. seqq.

SCHVRTZFL. Quest. Ant. Eccl. IX. §. 3. seqq.

Append. C. IV. §. ii. p. 662.

in totidem dies abiisse; ita, ut retro a die resurrectionis *quadraginta* dies, quibus sese ad futurum *Pascha*, vel *jejunii*, vel *supplicationibus*, vel *deprecationibus*, pro peccatorum *venia* imperranda, præparabant, numerati fuerint: atque *quadragesimale* hocce tempus sanctum valde habitum.

- 4.) Inde cum dies adesset *emortalis* Christi, seu *πάσχα σανγότιμον*, qui vel in *sexum* hebdomadis diem, *veneris* vocatum, vel in *decimum quartum* post *novilunium*, eundemque festivitati *Judaorum Pesah* sacrum, incidebat; solemnen & quasi publicam *Jejunii* religionem fuisse; nec pacis *oscula* frequentata.
 - 5.) Nocte vero ante *tertium* exinde diem, qui *πάσχα αὐτοῖς* erat, Christianos coivisse, atque ad medium usque noctem precibus vacasse, adsiduis: quas *Vigilias paschales* inde vacarunt.
 - 6.) Ipsum denique *Pasche* diem eosdem, maximæ cum lœtitiae argumentis, celebrasse: Christo, de mortuis resuscitato, carmina & laudes dixisse; preces tempori adcommodatas, cum animi hilaritate, fudisse; oblationibus, eleemosynis, agapis, egenos exhilarasse; captivos dimisisse liberos; pacis denique oscula, hactenus intermissa, iterum frequentasse.
93. Eadem cum lœtitiae testificatione omnem consigebant *Pentecosten*, seu *Quinq-*

93. 94. TERTVLL. de Bapt. C. 19. ITTIG.
l. c. §. 9. 31. Comp. Ant. Eccl. p. 42. 43.

quaginta istud dierum spatum, Paschatos inter & Pentecostes festum interjectum: quo & hoc spectabat, quod die Dominica non solum, sed per totum quoque hoc tempus, absque genu flexione stantes orabant, atque a jejuniis abstinebant.

94. Cum primis hoc tempus *Baptismi* administrandi solennibus sacrum fuit; quamvis initio illa nullo temporis spatio circumscripta fuerint: *Quocirca octo proximi a Paschate dies solenniores ceteris habitu*, & dies octava *Dominica in albis* vocata, quod Cachumeni, sacro lavacro tincti, albis vestibus induti tunc incederent.

95. *Baptismi* autem solennia hæc fere Sec. II. & III. observata fuere. *Catechumeni*, qui baptizari cupiebant, primum coram omni Ecclesia profiteri debebant, se persuasissimos esse de veritate omnium, quæ inter Christianos docerentur: deinde recipere debebant, se velle ita vivere, uti disciplina Christiana requirat; porro orantes & jejunantes, una cum reliquis Christianis, a Deo remissionem peccatorum petebant.

96. Idem hoc pacto per preces & jejunia rite preparati, post confessionem, ungebantur oleo, in signum Christianismi: deinde solennis, in Ecclesia, sub manu *Antistitis*, advocatis in fidem maiorem testibus,

bus, fiebat *contestatio*; qua, vultu in occidentem converso, renunciabant *diabolo*, & *pompæ & angelis ejus*, mox vero, & vultu in orientem converso, **CHRISTO** Dominō fidem jurabant.

97. Hoc facto, ad aquam ducebantur, atque per trinam submersionem, in nomine *Dei Patris Filii & Spiritus S. abluebantur*; quod *Lavacrum regenerationis*, itemque *Iluminatio*, vocabatur: Hac ratione tincti, jamque credentes, in cœtum fidelium reducebantur, iisdemque adscribebantur; ubi preces pro noviter baptizatis fiebant communes.

98. Precibus finitis, denuo *perungebantur*, non oleo, sed unguento; atque *manus ipsiſ a Presbyteris*, cum adprecatione gratiæ divinæ, *imponebantur*, signo crucis quoque adhibito: & mox singuli fideles noviter illuminatos *osculabantur*.

* Not. *Unctionem Sec. II. adulto accessisse*, ceu symbolum unctionis spiritualis, qua tanquam Reges & Sacerdotes spirituales, vel etiam athletæ spirituales, inauguriati sunt.

99. Tandem oblationibus factis, ad Sacramentum *S. Cœnæ* admittebantur: atque adeo in Ecclesiam Christi recipiebantur, simulque participes omnium Ecclesiæ fraternitatisque privilegiorum fiebant; *vestibus* quoque *albis* induti, per septimanam *laetam* incedebant.

100. Quam-

100. Quamvis autem primis temporibus ea colligenda Ecclesiæ ratio esset, ut plerumque adulti tantum hoc sacramento iniciarentur: attamen deinceps, etiam *infantes & adolescentes*, nondum pleno rationis usu gaudentes, per baptismum in Ecclesiæ communionem recipere, nec in doli hujus sacramenti, nec voluntati Domini adversum existimatum est.

101. Cum autem, experientia teste, non decessent, qui simulantes pœnitentiam atque fidei christianæ professionem, ad despicienda saltem religionis christianæ mysteria, baptismum suscipieren: cautius dein actum, atque *Sponsores*, qui baptizandum noscent, fide digni eidem adhibiti; qui &, cum pro infantibus sponderent, *Sceptores* dicti.

102. Jus dandi baptismum *Ordini Ecclesiastico*, & primario quidem *Episcopo* competebat: ut tamen & *Presbyteri* & *Diaconi*, auctori-

95. - 102. IVSTIN. M. *Apol.* 2. C. 79. TERTVLL.
de *Baptism.* C. 7. 17. 19. 20. de *Corona* C. 3.
de *Resurr.* C. 8. CYPRIAN. *Epist.* 59. 70.
IRENAE. *adv. heres* L. II. C. 29. Grot.
Epist. 353. ITTIG. I. c. §. 1. - II. BOEHMER.
de *Confœd. Disc.* §. 19. & de *jure dandi bapt.*
§. 6. PFAFF. I. c. not. (i) p. 142. SCHVRTZFL.
Qu. Antiqu. Eccles. XXVII. §. 7. 8. Comp.
Antiq. Eccles. L. II. C. 5.

auctoritate Episcopi, idem jus recte exercerent; imo nec *Laici*, in casu necessitatis, baptismum administrare prohiberentur.

103. Cum *Baptismi* actu proxime plerumque conjuncta fuit *Cœna Dominica*, variis tum a Sacris * tum ab Ecclesiasticis Scriptoribus ** insignita nominibus: quæ sequenti fere ritu Sec. II. & II. administrari sivevit.

* Κυριακὸν δεῖπνον, τράπεζα κυρία, ἡ κοινωνία,
ἡ συνάζεις, 2. Cor. XI. 20. 26. X. 16. 22.

** *Eucharistia*, λειτεργία, *Missa*.

104. Post Lectiones sacras, Precesque & Cantiones peractas, nec non osculum sanctum invicem datum, Diaconus alta voce, missam esse, proclamavit: qua ratione *Ca-rechumeni*, *Pœnitentes*, & *Energumeni*, ante Sacrae hujus Cœnæ administrationem, dimissi fuerunt.

105. Dein *Oblationes* fiebant munerum, tam ad usum sacramenti, quam ad Ministerii & pauperum sustentationem; & quidem *Episcopo*, quippe cui soli facultas eadem accipiendo competit: Offerebatur autem *panis* & *vīnum*, interdum cum *aqua*, vino ob generositatam miscenda.

106. *Episcopus*, muneribus his acceptis, solenni εὐχαριστίᾳ, super pane & vino, defungebatur, Deo gratias, non solum prodonis hisce, sed & pro passione & morte Christi, agendo, ipsumque per nomen Filii

R

&

& Spiritus S. glorificando atque invocando: cui actui, quem *Consecrationem* sequens *ætas* appellavit, populus lata mente ac voce, *Amen*, acclamabat.

* Qu. An *Laicis* etiam Eucharistiam consecrare lituerit? Dic. de lite inter NIC. RIGALTIVM & GABR. ALBASBINAEVM de super orta.

107. Hoc facto, *Diaconi*, sumta e manibus Antistitis sacra symbola præsentibus fidelibus distribuebant, manibus accipienda, & domum etiam, ad futuros usus, ferenda; atque absentibus, puta, infirmis, aut captivis, itemque peregrinis fratribus, in tessera communionis, adferebant.

* Not. Huc referendas *Eulogias*, quæ erant panes sacrati, ab Antistite benedicti, qui per dioecesin ad omnes Presbyteros mittebantur, ut communionis fidei tessera essent.

108. *Fideles*, sumtis S. Cœnæ symbolis, memores, se non communem cibum & potum, sed corpus & sanguinem Christi, ceu alimentum animæ, sumsisse, omnes etiam de morte & passione Christi, atque redemtione sui ab ipso per eam facta, se invicem admonebant; denique eleemosynas quoque erogabant: atque sic sacerdatus hicce actus finiebatur.

109. Ce-

103. - 109. IVSTIN. *Apol.* 2. c. 85. ITTIG. I. c. §. 12. - 22. SCHVRTZFL. Qu. *Antiqu. Eccles.* XXX. & Append. C. IV. §. 8. Comp. *Antiq. Eccles.* L. III. C. IV. p. 175. & seqq.

109. Ceterum Christiani veteres toties *Cœna usi* sunt *Dominica*, quoties convene-runt, in cœtibus quoque antelucanis: imo persequutionis tempore quotidie, ante-quam victum ordinarium caperent; cui usui panem & vinum benedicatum, antea domum deportatum, reservabant.

110. Cœnam Dominicam hoc tempore excipiebant *Agapæ*, i. e. *Convivia Charita-tiva*, ex oblatis muneribus parata: ubi ac-cumbebant omnes, qui Sacra Cœna usi fuerant, nullo habito honoratiorum ditio-rum aut pauperum discrimine; sed & pars aliqua egenis, ægrotis, captivis, aliisve miseris, ex illis mittebatur.

111. Initium convivii a precibus siebat: dein cœnabatur inter pia colloquia & lau-des Christi Domini: post cœnam & aquam manualem, quilibet aliquid, quod ad ædi-ficationem faceret, proferebat: post can-tabatur & laudes divinæ recitabantur: de-nique finis convivio oratione imponeba-tur.

112. Præterea & *Lectio* & *Concionum* re-citatio, atque adeo & *Auditio*, in Con-
R 2 venti-

III. PLIN. L. X. Ep. 97. TERTVLL. Apol c. 34.

39. SCHVRTZFL. *Antiqu. Eccles.* XXIX.
XXXI. &c Append. C. 4. §. 4. p. 660. Comp.
Ant. Eccles. L. II. C. IV. p. 182. seqq. not.
(II.) p. 203. seqq.

ventibus sacris, uti ævo Apostolico, ita & hoc Seculi II. & III. tempore, maxime frequentabatur.

113. Legebant ordinarie *Lectores*, Græcis *ἀναγγελοι* dicti, speciatim ad hoc constituti & ordinati: his vero deficientibus, *Diaconi*, itemque *Subdiaconi*, vel etiam *Archidiaconi*; in multis autem Ecclesiis, soli *Presbyteri*: Legentes in loco superiore, i. e. pulpito, sive *ambone*, stabant, ut ab omnibus exaudiri possent; non tamen, nisi Episcopo jubente aut concedente, legebant

114. Legebantur autem Libri totius Scripturæ S. tam V. quam N. T. idque continua serie; & præter hos etiam alii, Ecclesiastici dicti; quin & Antistitum atque Patrum antiquissimorum: diebus festis vero puta, Parasceves, Paschatis & Pentecostes, textus certos, iisdem accommodatos.

115. Lectionem excipiebat *Concio*, sive *Oratio*, eaque textui prælecto accommodata: quales, crescente Episcopali eminencia, a solo Episcopo, e suggesto ligneo sive *cathedra*, circumstantibus Diaconis, habebantur, atque a Notariis celeri scriptione excipiebantur; ab eodem deinceps singulares *Oratores*, sive *Tractatores* constituti, ipsum in muneris gravitate sublevaturi.

116. Conaciones Patrum Sec. II. & III. simplices & perspicuae erant, eo potissimum

mum spectantes, ut & illa, quæ lecta fuerant, explicarentur uberior, doctrinæque veritas demonstraretur; & populus admoneretur ad imitationem tam pulchrarum rerum; imo, si opus esset, ob admissa crimina redargueretur.

117. Tanta autem erat Christianorum in publicis conventibus ad verbi divini lectio-
nem attentio, ut a gentilibus quoque hoc
sacrum Christianorum silentium, in thea-
tris suis imitandum, commendatum fue-
rit.

118. Finitis Lectionibus atque sermoni-
bus sacris, ad *Preces* sese accingebant: ad
quas surgebant, si dies esset Dominica, aut
paschale vel pentecostale festum; reliquo
autem tempore, de geniculis, aut pro-
strati humi, adorabant: Ceterum ritum
precandi, superius descriptum, adhuc ser-
vabant.

119. Argumenta Precum hæc fere erant:
Orabant pro salute & pace Ecclesiæ, pro
fidelium conservatione, infidelium ac chri-

R 3 stiani

112. - 117. IVSTIN. M. *Apol.* II. p. 98. & KORT-
HOLT. ad h. l. EVSEE. H. E. L. III. C. 16.
CYPRIAN. *Epiſt.* 34. TERTULL. *Apol.* C. 39.
SCHVRTZFL. *Contr.* & *Quæſt.* *Antiq.* *Eccles.*
XV. tot. p. 414. seqq. XX. tot. p. 465. IT-
TIG. I. c. §. 25. 26. 26. *Comp.* *Antiqu.* *Eccl.*
L. II. C. p. 131, seqq.

stiani nominis hostium conversione, pro catechumenorum illuminatione, pro lapsorum pœnitentia, mentisque emendatione.

120. Speciatim orabant pro magistratis civilibus pro Imperatoribus & persequitoribus, pro calamitatum publicarum declinatione. Semper vero, quasi fundamenti loco, *Orationem* primittebant *Dominicam*. Precibus autem & *Hymnos*, more iam antea consueto, hoc tempore jungebant.

121. Precandi causa, etiam *Stationes* hoc tempore frequentari solebant: quippe quæ congregations erant orantium & ex parte jejunantium, in oratoriis, in coemeteriis, ad martyrum sepulchra; ubi unitis precatiōnū viribus, congregati aliquot horas consistebant: quales stationes facere non tantum solebant, quoties mentis pietas id postulabat, sed etiam solenniter, quarata quavis & sexta hebdomadis die.

122. Solebant & *Processiones* fieri, quæ nihil aliud erant, quam itiones Christianorum ad congregationum loca, ubi offrendum, ubi eleemosynæ dandæ & miseri invisiendi; quod tamen sine pompa, sine hymnis & signis publicis, factum.

123. Finitis Precibus, *Osculum*, quod *sanctum, pacis, fraternitatis*, appellabatur, alter alteri dabat: cuius ingens erat religio,

religio, quippe quod *signaculum* quoddam *orationis*, atque communionis ecclesiasticae, amorisque plane fraterni, confessio censebatur; unde & in pluribus occasionibus frequentatum fuit.

124. Scholæ quoque Christianæ his temporibus jam aperiri cœperunt, in quibus a Doctoribus Ecclesiasticis vel Catechetis, non solum Catechumeni necessariis fidei christianaæ doctrinis imbui, sed & proverbiore, divinis humanisque litteris, ad munus ecclesiasticum recte obcundum, instructi atque formati fuerunt.

* Dic. de Schola Alexandrina, Ephesina, Hieropolymitana, Cesariensi, aliisque.

125. Denique & *Disciplina* quadam Arcaei hoc tempore obtinuisse fertur; quæ an ad ritus, an vero ad dogmata specta-

R 4 verit,

118. - 123. TERTULL. de Corona a. 3^o &c de
Orat. c. 12. it. Apol. c. 2. 29. IVSTIN. M.
Apol. H. p. 97. 98. & KORTHOLT. ad h. l.
ORIG. de Orat. §. 20. PLIN. Ep. cit. PFANNER.
Obs. eccl. P. II. p. 131. seqq. PFAFF.
l. c. Art. III. not. (n). (u). Comp. Antiqu.
Eccles. L. M. C. III. p. 132. seqq. & Not.
p. 156. seqq.

124. EVSEB. H. E. L. VI. C. 20. 27. MOSHEIM. H. Chriſt. Sec. II. C. III. §. n. p.
244. seqq.

verit, incertum: Certe sacra Christianæ religionis mysteria Gentilibus, ad evitandas horum calumnias, occultata fuisse, negari nequit; sed & in Catechumenorum institutione gradus quosdam observatos, ingeniorum quoque rationem habitam, atque adeo rudioribus simpliciora ac facilitiora, profectioribus & capacioribus sublimiora doctrinæ christianæ capita tradita fuisse, vero haud absimile videtur.

126. Ceterum Ecclesia hoc ævo nondum *bonis* gaudebat immobilibus: unde Clerici, stipendiiorum loco, *Sportulas* accipiebant, quæ a fidelibus collatae atque in victimum sacerdotibus attributæ, indeque *Sportulantes Fratres* iidem dicti sunt.

TIT.

-
125. TERTULL. *Apol. C. 7. ORIG. contra Celsum. L. I. HARTMANN. de Gest. Christ. sub Apost. Cap. XII. in Not. p. 279. & seqq. S. I.-XXIV. ibique n. 1-7. BOEHMER. de Coition. Christ. §. 3. p. 229. seq. Antiq. Eccles. Append. C. IV. §. 12. PFAFF. Dis. post. de Prajud. Theol. §. 13. MOSHEIM. I. c. §. 12. p. 246. seqq. Comp. Antiqu. Eccles. L. I. C. 3. p. 79. & not. (z) p. 88. seqq.*
126. CYPRIAN. Epist. 34. & 66. SCHVRTZFL. Append. Antiqu. Eccles. C. IV. §. 9.

TIT. VIII.

DE

STATV ECCLESIAE SVR IMPERATORI-
BVS CHRISTIANIS A SECVL O IV.
AD SEC. XV.

ART. I. DE ORDINE ECCLESIASTICO A SEC.

IV. AD SEC. XV.

I.

SEculo IV. ex quo Imperatores Rom. christianam religionem profiteri cœperunt, Ecclesia quoque faciem non parum mutare, atque *Ordo Ecclesiasticus* Imperium quoddam sacrum affectare cœpit: quod sequiori aeo, obnitentibus licet Imperantibus civilibus, ad summum fastigium degatum est.

2. Cum primis *EPISCOPI*, jam antea auctoritatem sensim majorem naeti, hoc Seculo, **CONSTANTINI** M. indulgentia, caput extulerunt, & non solum in clerum reliquum & populum, sed & nonnulli illorum in Episcopos alios, potestatem quandam & jurisdictionem ecclesiasticam sibi arrogarunt.

3. Fundamenta hujus rei jacta sunt, ex quo Regimen Ecclesiasticum Regimini Civili conformatum est.

R 5

4. Sicut

2. SOCRATES L. VII. C. 7. II. BOEHMER.
J. Eccles. Profeß. L. I. C. XXX. §. 31. 33.

4. Sicut enim Imperium Rom. in certas *Præfecturas*, *Diœcēses* ac *Provincias* civiles distributum, hæque Magistratibus certis, sibi invicem subordinatis, regendæ commissa sunt.

5. Ita & Ecclesiæ Confœderatæ in certas *Provincias Ecclesiasticas*, atque e his collectas *Diœcēses*, divisæ, & cum suis *Episcopis* uni cuidam *Episcopo* superiori, uti nomine, ita & dignitatis ac potestatis gradu a ceteris distincto, subordinatæ sunt: Atque adeo *Æqualitas* & *Libertas*, quæ vi Confœderationis, antea inter Ecclesiæ obtinebat, sensim sublata est.

* Not. i. *Imperium Romanum* a temporibus AVGVSTI in varias *Provincias*, primum ab uno, deinde a duobus *Præfetis Prætorio* regendas: a CONSTANTINO M. autem in IV. *Præfecturas*, sive tractus regionum aut provinciarum, totidem *Præfetis Prætorio*, nempe, Orientis, Illyrici, Italie, & Galliarum, subjectas, divisum fuisse. Quamlibet *Præfecturam* varias *Diœcēses*, quamlibet *Diœcēsin* varias *Provincias*, has vero iterum varias *Civitates*, qua-

rum

3. 4. 5. DV PIN de *Antiqua Ecclesiæ Disciplina*
Diss. I. §. 8. p. 21. SCHILTER. Instit. J.
Canon. L. I. T. III. §. 10. & ILL. Dn.
FLOERCKII Observ. Select. ad h. l. ILL.
Dn. BOEHMER. Origg. Præcip. mat. Jur.
Ecclef. C. II. §. 12. 13.

- rum primaria *Metropolis* dicta, sub ambitu suo complexas esse. Sub ipsis autem *Præfettis Prætorio*, varias Regiones five *Dioeceses Vicarios*, nonnullas *Proconsules*, rexisse; sub his vero iterum *Præsides*, aut *Correctores*, Provincias administrasse.
2. Sub *Orientis Præfecto* fuisse *Dioeceses V.* Primum *Orientis*, cuius caput *Antiochia*, Provinciae vero X. postea audiæ: Secundam *Ægypti*. cuius caput *Alexandria*, Provinciae vero primum III. deinde X. Tertiæ *Ponti*, primum in VI. postea in II. Provincias divisam, quarum *Metropoles*, *Cæsarea Cappadociae*, itemque *Nicæa*. Quartam *Asianam*, una tantum Provincia, *Asia Proconsulari*, cuius metropolis *Ephesus*, constantem. Quintam *Thracie*, cuius caput olim *Heraœla*, postea *Constantinopolis*; Provinciae vero V.
- Illyrici Præfecto* duas subjectas fuisse *Dioeceses*; Alteram *Macedonie*, cuius caput *Thessalonica*, Provinciae autem VIII. Alteram *Dacie*, cuius Provinciae IV.
- Italie Præfecto* duos paruisse *Vicariatus*, *Rome & Italie*: In *Vicariatu Rome* X. fuisse Provincias, *Suburbicarias* dictas; In *Vicariatu Italie*, cuius caput *Mediolanum*, VII. fuisse Provincias; & præter has, *Africam occidentalem*, quæ Provincia erat *Proconsulatis*, in III. aut IV. Partes divisam, cuius caput *Carthago*; quibus postea & *Illyricum Occidentale* adjectum.
- Galliarum Præfecto* denique subsuisse *Galias*, Sec. IV. in

IV. in XIV. Provincias divisas; itemque *Hispanias*, in V. Provincias tum temporibus distributas; denique *Britannias*, primum in Tres, postea in V. Provincias divisas.

3. Huic Provinciarum Civilium dispositioni & *Ecclesiasticas* utplurimum quidem conformatas fuisse: nonnunquam tamen harum dispositionem ab illa recessisse, ita, ut plures Provinciae civiles unam constituerent Ecclesiasticam.

6. Primum igitur *Provincia Ecclesiasticae*, & in his *Ecclesiae Metropolitanæ*, enata; *EPISCOPI* quoque, *METROPOLITANI* inde salutati, surrexerunt, atque ad altiorum quendam dignitatis ac potestatis gradum evecti sunt: Sed & *Regimen* hujusmodi *Provincia Ecclesiasticae* in vectum ac *Metropolitano* tributum est.

7. Nimirum uti qualibet *Provincia Civilis* plures complectebatur Civitates, quarum primaria *Metropolis* dicebatur; cuilibet etiam Provinciae unus Magistratus major præerat, *Præses Provinciae* appellatus, qui in *Metropoli* residebat, inque ea Tribunal suum habebat, atque imperium & jurisdictionem, per universam Provinciam, in omnes ejus civitates, totumque populum ejusdem, exercebat:

8. Ita etiam *Ecclesiae* cujusque Provinciae arctiori quadam fœdere inter se unita, cum suis *Episcopis*, *Comprovincialibus* inde dictis, uni *Episcopo*, a *Metropoli*, cuius Eccle-

Ecclesiæ præterat, *Metropolitano*, appellato, suberant, atque de communi salute, in conventibus suis, sive Synodis provincialibus, consultabant ac statuebant.

9. Ut tamen *METROPOLITANO* huic potestas quædam & inspectio in omnes ejusdem Provinciæ Ecclesiæ, harumque Episcopos, & Clericos reliquos, jusque Syndicos provinciales convocandi ac dirigendi, judiciis ecclesiasticis praesidendi, denique electiones Episcoporum, in metropoli institutas, confirmandi, competebat.

* Not. Sec. III. jam *Provincias Ecclesiasticas*, ex arctiori Civitatum ejusdem Provinciæ confederatione, enatas, atque Regimen ipsarum, *Episcopo*, in Metropoli residenti, per consuetudinem primum tributum, deinceps in *Concilio Niceno*, *Can. IV.* verb. eorum, quæ in quaque provincia geruntur, firmitas, τὸ κύρος, tribuatur *Metropolitano*; firmatum.

10. Pari ratione & *ARCHIEPISCOPI* enati sunt: quod nomen initio nonnisi illis, qui principem inter Episcopos aliquius regionis tenebant locum, iisque præerant,

6. - 9. THOMASSIN de *Vet. & Nov. Eccles.*
Discipl. P. I. L. 1. C. III. §. 1. C. XXXIX.
seqq. DV PIN. I. c. §. 1. 7. 12. SCHILTER.
I. c. §. 8. BOEHMER. *Origg. Juris Eccles.*
C. II. §. 11. 12.

erant, idque rarius, tributum; tandem vero omnibus *Metropolitanis* commune factum est.

11. *Jura Metropolitanorum & Archi-Epis-
corum* consistebant 1.) in jure *Ordinandi*
Episcopos Provinciæ, a clero & populo
electos; 2.) infacultate convocandi *Syno-
dos provinciales*; & 3.) in *Inspectione* in uni-
versam Provinciam Ecclesiasticam, ut fi-
des & disciplina in ea servaretur, omnia-
que secundum canones, rectumque ordi-
nem fierent; atque adeo cum *Jurisdictio-
ne Ecclesiastica* in reliquos Episcopos, in-
que causis appellationum, conjuncta.

12: Postea ex Provinciis pluribus, uni
Metropolitano subiectis, *Diaœceses Ecclesi-
asticæ* coaluerunt: cum, arte hujusmodi
Metropolitanorum, in Conciliis cautum
fuerit, ut in singulis quidem Provinciis
istis *Metropolitani* novi constituerentur,
qui tamen *Metropolitano* priori subessent,
atque Provincia jure *Diaœceseos* unitæ ma-
nerent.

* Not.

IO. DV PIN. 1. c. §. I. THOMASSIN. de Vet.

& Nov. Eccles. Discipl. P. I. L. I. C. III.

§. 7. 10. seqq Dn. FLOERCK. Obsér. ad

Schilt. L. I. T. III. §. 10. p. 62.

II. THOMASSIN. 1. c. C. XL. p. 134. DV PIN.

1. c. §. 12.

* Not. In Concilio *Constantinopolitano* I. & II.
fundamenta hujus rei jacta.

13. Erant igitur *Dioeceses Ecclesiastice*,
hoc pacto exortæ, atque ex dispositione
civili distinctæ, districtus plurium Provin-
ciarum, quarum singulis Metropolitani
prærerant, sub uno *Metropolitano Primari*o
Regimen Ecclesiasticum per universam
Dioecesin exercente, unitarum, atque adeo
in unum corpus collectarum.

* Not. 1. Hinc in Praefectura *Orientis* V. ex-
titiſſe Dioeceses, *Egypti*, *Orientis*, *Aſie*, *Pon-*
tice, *Thracie*.

2. In *Occidente* tot Dioeceses Ecclesiasticas, quot
erant civiles, non fuisse constitutas, sed singu-
las suis *Metropolitanis* tantum subfuisse; Ro-
manum vero Episcopum in Suburbicas Pro-
vincias omnes metropolitanam jurisdictionem
exercuisse.

14. *Metropolitanani* hujusmodi *Primarii*,
qui

12. 13. 14. *Concil. Chalced.* *Can. 9.* & *17.* *L. 3.*
Cod. Theodos. *de Fide cathol.* ibique *GO-*
THOFR. in not. THOMASSIN. l. c. *C. XVII.*
p. 14. & *C. XX.* *p. 69.* *PETR. de MARCA*
de *Primat.* §. 10. *DV PIN.* l. c. §. 2. 4. 10.
SCHVRTZFL. *Antiq. Eccles.* *C. XXII.* §. 6.
& *Append. C. V.* §. 10. 12. *ARRIGH.* *de Ec-*
cles. Suburbicar. *Orat.* *BOEHMER.* *Origg.*
Jur. Eccles. *C. II.* §. 14. 19. *Dn. FLOERCK*
l. c. §. 8. 9. 10. *p. 55. seqq.*

qui Diœcesi alicui Ecclesiastica præerant,
Gracē *EXARCHI*, Latine *PRIMATES*,
nomine ab initio omnibus Metropolitanis
communi, salutati, atque sic a ceteris Me-
tropolitanis, qui illis suberant, distincti
sunt.

15. Ex *Primatibus* sive *Exarchis* Sec. V.
surrexerunt *PATRIARCHÆ*: quo nomi-
ne primum & *Exarchæ*; deinceps vero
foli *tres* præcipui *Episcopi* sive *Primates*,
Ecclesiis trium præcipuarum Orbis Romani
Civitatum præpositi, nempe *Romanus*, *Ale-
xandrinus* & *Antiochenus*, insigniti sunt;
quibus tandem & *Constantinopolitanus* &
Hierosolymitanus, accederunt: atque adeo
quinque *PATRIARCHÆ* enati sunt.

* Not. I. *Patriarchæ* nomen primum apud *Judeos* in usu fuisse: quippe qui, post eversam
Hierosolymam, per varias provincias passim
dispersi, certos sibi constituerunt Principes, sive
Præpositos, jus sibi, in causis, ad religionem
suam

-
15. *Concil. Constant. II. can. 2. SOCRAT. H. E. L. V. C. 8. Concil. Chalced. Can. 4. 16.*
28. *Novell. C. XXIII. C. 3. & 22. THO-
MASS. I. c. L. I. C. 7. 8. 9. 10. DV PIN.
I. c. §. 5. 11. 13. & ult. SCHVRTZFL. Ap-
pend. *Antiq. Eccles. C. V. §. 8. 9. SCHILT.*
I. c. §. 10. ibique FLOERCK. in *Observ. b.l.*
p. 26. RECHENB. H. E. Sec. V. §. 42. p. 159.
BOEHMER. I. c. C. VI. §. 19. seqq.*

suam ac politiam spectantibus, jus per modum arbitrorum dixerunt, quis *Patriarchas* appellariunt. Ab his nomen istud in Ecclesiam translatum, atque primum *Episcopis* deinde vero *Exarchis* accommodatum ac postremo solis *tribus* aut *quinque* primarum Orbis Romani Urbiū *Episcopis* reservatum.

2. *Exarchas* a *Socrate* potissimum ~~matre duxas~~ & quidem ex constitutione Patrum Constantino-politanorum, appellatos esse, in *Hist. L. V. C. 28.* quamvis Sec. IV. uiu nondum receptum fuerit *Patriarcharum* nomen, nisi in laxiori sensu senioribus *Episcopis* reverentiae ergo tributum.
3. Dic. de sensu *Can. V. Concil. Nic.* an de *Patriarchis* stricte sic dictis, an vero de *Exarchis* duntaxat agat?
4. De *Juribus* autem *Patriarcharum* inferius agendum.

16. Postquam ita supremos Ordines Ecclesiasticos, horumque origines; qua scilicet ratione ex *Episcopis Metropolitani* & *Archiepiscopi*, ex horum dein Ordine *Exarchi* & *Primates*, ex horum denique ordine *Patriarchae* enati fuerint, peruestigavimus: reliquum est, ut Ordines quoque *Episcopis* proximos & inferiores, sive minores, quales his temporibus in Ecclesia extiterunt, enati sunt, consideremus.

18. *Episcopis* proximi aut cognati erant **CHOREPISCOPI**, qui in Ecclesia orientali

S

tali

tali Sec. IV. in Latina vero Sec. V. & VI. innotuerunt, iisdemque fere officiis ruri, quibus Episcopi in urbibus fungebantur, his tamen subordinabantur, atque tum ordinationis modo, tum potestate, ab iis discrepabant; sed non diu durarunt, *περιεδυτῶν* in eorum locum constitutis.

19. *PRESBYTERI* quod doctores & inspectores Ecclesiæ, jam Apostolico aeo, fuerint, superius traditum. Episcopis caput extollentibus, secundi ordinis Clerici, iisque Sacerdotes, facti sunt, qui quidem verbum divinum docere, & sacramenta administrare, sed non nisi auctoritate & consensu Episcopi, aut eo absente, potuerunt.

20. Enati quoque hoc tempore sunt, *ARCHIPRESBYTERI*, ab Episcopis subinde constituti, ut proxime post Episcopum Ecclesiæ præcessent, tanquam Collegii presbyterialis capita, & eorum omnium, quæ

-
18. *Concil. Nicen.* C. VIII. *Conc. Antioch.* C. X.
BEVEREG. Pand. Tom. II. Not. in *Conc. Ane-*
cyr. can. XIII. p. 176. BINGHAM. Lib. 2. Cap.
XIV. §. 4. sqq. L. 9. C. IV. §. 21. SPAN-
HEIM *Histor. Sac. Sec.* VI. p. 872.
19. BINGHAM l. c. L. 2. C. III. §., 1 - 4. & C
XIX. §. 3. 4.

quæ ad Ecclesiam pertinerent, absente Episcopo curam gererent

21. *DIA CONI* tertium clericorum ordinem adimplebant. *Ministri* quoque ac *Liturigici* appellati; quorum sequentia fere officia his temporibus fuerunt: Episcopo & Presbyteris in officio altaris subservire atque ministrare; vasorum ac ornamentorum altaris curam gerere; recipere dona populi, atque sacerdoti offerre, nomina quoque offerentium recitare;

22. Evangelium in quibusdam Ecclesiis recitare; consecrata panis & vini elementa populo in eucharistia porrigitur; in quibusdam locis baptizare; plebem ad preces adhortari; permittente vero vel iubente Episcopo, concionari, eucharistiam dispensare, ad ægrotantes deferre, baptizare, poenitentes etiam urgente necessitate in Ecclesiam recipere; inferiorum ordinum clericis in extraordinariis quibusdam casibus officium ad tempus abrogare; in Conciliis generalibus Episcopis suis ministrare, & interdum eos repræsentare; eos, qui inordinate feso in Ecclesia gerebant, reprehendere atque corrigerre; ante institutos inferiores Ecclesiæ ordines, omnia horum of-

S 2

ficia

20. BINGHAM L. a. C. IX. §. 18.

21. 22. BINGHAM L. 2. C. XX.

ficia facere; orphanorum, viduarum, omniumque pauperum, tanquam Episcoporum subeleemosynarios, curam gerere.

23. Accesserunt his *ARCHI-DIACONI*, qui antiquis temporibus non nisi Diaconi, ceu primi inter Diaconos fuerunt, deinceps vero gradu dignitatis pariter ac potestatis non Diaconis solum, sed & Presbyteris antecesserunt; ac, ceu perpetui Episcopi adjutores & *vicarii*, quibus jura & officia sua saepius delegabant, tantæ estimationis erant, ut, post Episcopum, universæ Ecclesiæ oculi in eos conversi essent, & plerumque Episcoporum successores eligerentur; quorum auctoritas Sec. VI. maxime increscere coepit.

24. Officium *Archidiaconi* præcipuum erat, ut proximus semper Episcopi esset minister atque pedissequus, a latere ejus nunquam recedens, semper ad subveniendum paratus: Speciatim ejus erat, Episcopo ad altare ministrare; eidem in dispensandis Ecclesiæ redditibus succurrere; concionibus habendis, nec non ordinandis inferioribus clericis, ipsum sublevare; deinde

23. 24. SPANHEIM *Hist. S. Sec. IV.* p. 872. & *Sec. V.* p. 1085. BINGHAM *C. XXI. S. 1.* THOMASSIN *de Discipl. Eccles. P. I. L. II. Cap. 18. S. 4. 11.*

nique & potestate gavisus est, Diaconos, & inferiores Clericos, non autem Presbyteros poena ecclesiastic, afficiendi.

25. Diaconis accensendæ *DIACONIS-SÆ*, quas horum Seculorum ætas adhuc servavit, diutius tamen Græca Ecclesia, quam *Lutina*. Hæ per manuum quidem impositionem in clericorum ordinem allectæ, sed ad nullam tamen sacerdotii functionem consecratæ sunt.

26. Officia earum erant: Baptismo fœminarum adsistere; catechumenas privatim instituere; fœminas ægrotas & afflictas visitare, iisque ministrare; martyribus & confessoribus in custodia ministrare; ad introitum fœminarum in ecclesiam expeditare, ubi scilicet portæ fœminarum a portis marium fuerunt distinctæ; denique omnibus fœminis suum cuique locum assignare, easque, quomodo in Ecclesia fese gerere deceat, submonere; reliquis etiam viduis præsidere; & si qua mulier habebat, quod ad Diaconum vel Episcopum deferret, per Diaconissam eam introducendam fuisse.

27. Præter Ordines hactenus enarratos, quos *ιερομένες* sive *ιερατίνες*, i. e. *Sacraeos*, appellarunt, atque ad *superiores* retulerunt;

S 3

alii

alii successu temporis enati sunt, ordines, ceu horum adjutores, ad sublevanda Diaconorum officia, unde integrantur, ministri antes itemque non sacrati vocati atque inferiorum loco habitи sunt: quales fuerunt; Hypodiaconi sive Subdiaconi, Acoluthi, Exorcistae, Lectores, Psalmistae sive Cantores, Ostiarii seu Janitores, Copiatae sive Fassarii, Parabolani, Catechistae, Defensores, Oeconomii.

28. Sed nec certus eorum numerus, nec omnes eodem tempore in omnibus Ecclesiis instituti sunt. Ceterum tantum non omnes in Clericorum ordine, & quasi quoddam Hierarchiae seminarium fuerunt; unde postquam semel Ecclesiæ ministerio fese devoverunt, non licuit ab illo recedere, & ad mere secularem vitam redire: licet a superioribus ordinibus, nomine, officio & modo ordinationis, distincti fuerint.

29. *HYPODIACONI* sive *SUBDIACONI*, Sec. III. & IV. innotescentes, ministri erant, vel portis templi adstantes, vel vasa altaris & utensilia sacra præparantes, eaque divini cultus tempore diaconis tradentes: ut tamen coram altari ministrare,

at-

29. Con. Laod. c. XXI. SPANH. H. S. Sec. IV.
p. 869. BINGH. L. 3. C. II.

atque canellos ei circumductos, aliquid in eo collocandi causa ingredi non licuerit.

30. *ACOLVTHI*, non nisi Latinæ Ecclesiæ cogniti ministri, quorum erat, lumina-
ria Ecclesiæ accedere, & ministris vinum
in eucharistiam függerere.

31. *EXORCISTÆ*, sub finem Sec. III.
certum constituere ordinem cœperunt, eo-
rumque erat, adhibita certa precum for-
mula, in nomine Christi, immundum ad-
jurare spiritum eique mandare, ut ex homi-
ne ab se obsesto egredetur.

32. *LECTORES*, quorum ordo inter
clericos Sec. III. & IV. saepius memoratur,
officio fungebantur, ad pulpitum, sive ca-
thedram in inferiore ædis sacræ parte, ad-
stanto, Scripturas S. Veteris & Novi Te-
stamenti, legendō apud Latinos tantum
Veteris Testamenti, lectione evangelii &
epistolæ Diaconis & Subdiaconis refer-
vata.

33. *PSALMISTÆ* sive *CANTORES*
Canonici, initio Sec. IV. constituti viden-

S 4 tur

30. *Concil. Carth.* IV. c. VI. BINGH. C. M.

31. *Conc. Antioch.* c. X. *Læodicen.* c. XXIV. *Conc.*
Carth. IV. c. VII. SPANH. l. c. BINGH. cap.

IV. p. 19. sqq.

32. *CYPRIAN.* Epist. XXXIV. SPANH. l. c.
BINGH. c. V.

tur, ad antiquam Ecclesiæ psalmodiam moderandam & excitandam; qui sanctitas legē cantiones & Psalterium Davidis cabant, iidem & *Præcentores* dicti, quod non nullis in locis moris esset, Cantorem psalmum seu hymnum inchoare, & dimidiam versiculi unius partem sua unius voce cantare, populum vero in altera versiculi parte respondere.

34. *COPIATÆ* seu *FOSSARII* is clericorum ordo, CONSTANTINI tempore primum institutus erat, quos exequiarum curam agere, ac de honesta sepultura mortuis prospicere oportebat.

35. *PARABOLANI*, in Cod. Theodos. tit. de Episc. l. 42. 43. in Clericis ponuntur, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, & quingentos numero esse præcipiuntur.

36. *CATECHISTÆ* clerici erant, ex aliis plerumque ordinibus ad hoc electi ut catechumenis primis religionis Christianæ elementis instruerent, & hac ratione ad baptismum recipiendum præpararent.

37. *DEFENSORE* Ecclesiæ idem erant, quod

33. SPANH. H. S. l. c. p. 870. BINGH. l. c. Cap. VII.

34. BINGHAM l. c. Cap. VIII.

35. BINGHAM Cap. IX.

36. BINGHAM Cap. X.

quod Syndici sive Procuratores, qui causam Ecclesiae, vel cuiusque clerici agere tenebantur, si quis injuria affectus vel oppressus a civili quodam judicio in integrum restituendus esset. Quodsi causa illic decidendi non posset, ad ipsos imperatores nomine Ecclesiae eam deferre, ab eisque peculiare mandatum in oppressi gratiam procurare debebant.

38. Denique *O ECONOM!* Sec. IV. instituti sunt, quorum semper ex clero eligendi, officium erat, totius dioecesos redditus, sub inspectione ac directione Episcopi, administrare.

39. Præter Clericos, aliud genus hominum in Ecclesia innotuit, *Monachi* scilicet & *Moniales*: quales homines jam Sec. III. occasione persequutionum enati, in solitudine primum, deinde a Sec. IV. in habitaculis, a confortio aliorum hominum, seculi negotiis addictorum, segregati, sanctiorem vitam agere, atque per peculiaia religionis exercitia Deum colere conati sunt; unde & *Religiosi*, item, *Conversi* dein appellati.

40. Habitacula ipsorum, extra urbes initio plerumque extorta, *Monasteria*, item-

S 5

que

37. BINGH. C. XI.

38. BINGHAM Cap. XII. p. 67.

que *Cœnobia* dicta, in quibus hujusmodi Religiosi masculini & fœmini generis, a Sec. VI. in primis, secundum certas regulas, tribus votis monasticis adstricti, communī victu utentes, sub *Abbatis* aut *Abbasissæ Regimine* vixerunt.

**ART. II. SPECIATIM EPISCOPALI,
DE REGIMINE ECCLESIAE, EOQVE SVB-
ORDINATO SVB IMPERATORIBVS
A SECVLLO IV. AD SEC. XV.**

40. REGIMENTUM Ecclesiarum hoc & sequentibus Seculis insignem subiit mutationem. Non incommodè autem istud in *Supremum* & *Subordinatum* dispesci potest: Illud, vi summæ Potestatis, penes IMPERATORES & REGES fuit; Hoc EPISCOPI METROPOLITANI sive ARCHIEPISCOPI, EXARCHI sive PRIMATES PATRIARCHÆ denique PONTIFICES ROMANI, ita quidem, ut singuli horum ordines iterum certa ratione sibi subordinati essent, exercuerunt.

41. Pri-

40. SPANHEIM *Hist. Sacrae III. & IV.* p. 934.
IVSTIN. *Novell. 133.* SCHILTER. *Inst. Jur.*
Can. L. 1. Tit. IX. S. seqq. BOEHMER. *Orig.*
Jur. Eccles. Cap. XVIII.

41. Primitis Ecclesiæ Christianæ temporibus quælibet *Civitas* inter Græcos pariter ac Romanos, immediate gubernationi certorum Magistratuum ex suo ipsius Corporre, qui *βελην* sive *Senatus* dicebantur, alias *Ordo* & *Curia* appellati: Quos inter unus plerumque dignitate erat superior, quem *Ictorem* alii, alii *Defensorem Civitatis*, nuncupant; cuius potestas non tantum super Civitatem, sed & universum adjacens territorium, dictum *προαστεια*, h. e. *Suburbia*, sive oppida minora, ad jurisdictionem Civitatis pertinentia, se extendebat.

42. Talis igitur *Civitas* locus erat, ubi Magistratus Civilis & minor quidam *Senatus*, ad res Civitatis ordinandas moderandasque erat constitutus.

43. Hujusmodi statui Civili conformatum fere fuit Regimen Ecclesiæ primitivæ: ut, ubi constitutus esset Magistratus Civilis, ibi & Magistratus quidam Ecclesiasticus, siue *Senatus*, *Presbyterorum*, quorum praeprius, reliquis præsidens, *προεσως*, vel *Apostolus*, vel *Angelus Ecclesiæ*, vel etiam *B P L S C O P V S*, appellatus; cuius jurisdictio non ad singularem quandam congregationem adstricta erat, sed super omnem regionem
G-

Civitatis alicujus Jurisdictioni subjacentem, quæ παρονία, hodie *Dioecesis*, appellari suevit, explicata.

* Secundum hoc exemplar probabile, PAVLVM Tutto præcepisse, ut in Insula *Creta* oppidatim constitueret *Presbyteros*, h. e. Senatum Presbyterorum, in qualibet Civitate consitentem.

44. Primum igitur in *Regimine Ecclesiæ subordinato* locum merito occupat REGIMENTUM EPISCOPALE, cui scilicet præparat EPISCOPVS: qui & hinc *Præpositus* & *Antistes*. itemque *Rector* & *Princeps Ecclesiæ*, quin & Papa olim salutatus fuit.

45. Residebat autem Episcopus plerumque in Civitate majori, in qua & Magistratus Civilis suam habebat sedem: Sed, ex lege & Praxi ecclesiæ universalí, unus tantum Episcopus in Civitate tali residere debebat, licet eadem, ad recipiendos complures Presbyteros satis ampla esset.

* In Ecclesia Romana tempore CORNELII XLVI. Presbyteri, VII. Diaconi, totidem Hypodiacci & XLIV. inferiorum ordinum Clerici erant, universus autem populus V. circiter M effecit: sed tamen unus tantum omnium erat Episcopus.

46.

43. BINGHAM l. c. Lib. IX. §. 2. p. 372.

44. BINGHAM Vol. I. L. II. C. II. §. 4. 5. p. 72.

45. BINGH. L. II. C. 3. p. 178.

46. Erat quoque Episcopo cui liber certum Territorium, intra quod jura sua & officia sacra exercebat, quod initio παροικίας, deinceps Diæceseos, puta Episcopalis, nomine venit; eratque districtus, non solum civitatem, in qua Ecclesia Episcopi sita erat, sed etiam Ecclesias circumiacentes, in oppidis, vicis & pagis, Civitatis jurisdictioni subjectis, extantes complexus.

* EPISCOPOS jam Sec. IV. suas habuisse Parochias sive Diæceses, ex Can. Antioch. IX. patet, ubi dicitur, unumquemque Episcopum babete sue parochie potestatem & totius regionis curam gerere, que sue Urbi subest.

47. Sed in EPISCOPIS probe secernenda sunt Jura Ministerii sacri sive Officii Pastoralis & Jura Regiminis Episcopalis.

48. Prioris generis erant, verbi divini prædicatio, Baptismi administratio, & Eucharistie distributio: quæ officia Episcopis, ceu Pastoribus sive Ministris Ecclesiæ competebant, atque Presbyteris cum ipsis erant communia; ita tamen, ut Episcopi quidem libere & absolute, Presbyteri vero tanquam dependentes ab Episcopo eique subordinati, adeoque illius tantum administrari, nec nisi ex ipsius voluntate, istas functiones obire potuerint.

49.

46. Conf. BINGH. I. c. Vol. III. p. 373.

48. BINGHAM L. II. Cap. III. S. 1. seqq.

49. *Regiminis Episcopalis Caput & Praes*
quidem erat EPISCOPVS, directorio in eo
gaudens; cuius tamen potestas per Cano-
nes varie limitata erat, cum primis per cir-
cumpositum ei Collegium Presbyterorum,
cum ipso, Senatum formans Ecclesiasticum,
sine cuius consultatione & consensu nihil
facile quod alicujus momenti erat, decer-
nebat, ut majorem omnibus, quæ Ecclesiæ
nomine faciebat, auctoritatem conciliaret.

50. *Presbyteri igitur, cum in Senatu Ec-*
clesiastico cum Episcopo federent insigni
in gubernanda Ecclesia auctoritate valebant,
ita, ut Episcopus omnia, sive de ordinan-
dis Clericis, sive de exercenda disciplina
Ecclesiastica, & recipiendis paenitentibus,
ageretur, communis ipsorum consensu pon-
deraret atque deneret.

51. *EPISCOPO suas erat Thronus id est.*
Cathedra in sublimi posita, cui honoris
causa, insidebat: Sed & Presbyteris, iuxta
cum Episcopo, thronis insidere bat;
cum hoc tamen discrimine, ut Episco i*le-*
des thronus celsus, Presbyterorum ver *sellæ*
throni secundi dicerentur. Confessus au-
tem Presbyterorum Semicirculi formam re-
præsentabat; unde & ipsi Corona Presbyter-
rii dicti.

52. Ad

50. BINGH. L. II. Cap. 19. §. 6. p. 271.

52. Ad *Jura Regiminis Episcopalis* pertinebat 1) Potestas *Ordinandi Clericos superiores, Episcopos Presbyteros & Diaconos,* a Clero & Populo rite electos; quæ prærogativa erat solius Episcopi; quamvis privilegium manus suas, una cum Episcopo imponendi Presbytero ordinando, dum interea Episcopus precationibus suis consecrationis ritum perficiebat, etiam Presbyteris competenter.

53. 2) *Jurisdictio Ecclesiastica*, qua tanquam *Judex Dioceſeos suæ*, in omnes gaudebat homines, intra ſuam diocesin degentes, non clericos tantum, ſed & laicos, cujuscunque fuerint ordinis ac dignitatis, etiam Monachos, itemque magistratus subordinatos; non tamen niſi in causis spirituалиbus, vel ſi mavis, ecclesiasticis: cum in temporalibus regulariter nullam ſibi arrogarent potestatem.

54. Proinde Episcopi Presbyteros ad rationem reddendam vocandi, eosque ob malam muneris ſui administrationem reprehendendi, potestatem ſibi ſemper reservabant: Presbyteris vero Episcopos ſuos reprehendere non licebat, multo minus eorum

52. BINGH. C. III. §. 5.

53. BINGHAM l. c. Cap. IV.

54. EINGHAM l. c. Cap. III. §. 8.

eorum mandato & jurisdictioni sese oppo-
nere.

55. Hinc & Episcopi erat, *Visitare* semel
quotannis Ecclesiæ suæ diœcœsos, eo quod
aliquot alicujus distantiæ Ecclesiæ suæ ju-
risdictioni subjectas habuit: quarum ipse
curam semper gerere non potuit; adeoque
eos visitare debuit, ac providere, ut suum
quæque ministrum haberet, omniaque
debito fierent ordine.

56. Licet autem in causis criminalibus
nulla Episcopis Juridictio competenteret, at-
tamen magna in deprecando pro reis, qui
capitis erant damnati, auctoritate valebant;
ut adeo fere pars officii ipsorum esse con-
sueverit, reos hoc pacto a morte liberare:
quamuis hoc officium non exercuerint, ni-
si venia manifeste in rem & gloriam Eccle-
siæ & salutem publicam cessura videba-
tur.

57. Non exigua quoque potestas Episco-
po competit circa Reditus Ecclesiæ di-
spensandos, quippe cuius fidei antiquitus
totius diœcœsos reditus concreti e-
rant, ut ipso mandante & dirigente
clericis & pauperibus Ecclesiæ distribue-
rentur.

58 Qua

55. BINGH. L. IX. C. VI. §. 22. p. 565.

56. BINGH. L. II. C. 8. §. V. 2.

58. Quia in re gerenda Episcopus Archidiaconi sui opera plerumque utebatur, quippe quem in onere hoc ferendo socium sibi adscisciebat. Sed gentibus undique haque ad fidem Christianam conversis, & hinc cum diocesii, simul redditibus ejus ecclesiasticis augescentibus, Episcopis vero & Archidiaconis aliis Ecclesiae negotiis implicatis, ministri inferiores, nempe *Oeconomi*, constituti, quibus hoc negotium demandatum.

59. Denique licet una cultus divini forma per universam Ecclesiam esset: Episcopi tamen libertate gaudebant peculiarem sibi *Liturgiam* formandi, quacunque methodo & quibuscunque verbis optimum illic videbatur, modo analogiae fidei & sanæ doctrinæ esset conformis.

60. Sicuti autem Civitates imperii suos quoque magistratus minores in oppidis territorii circumiacentis habebant, magistratibus Civitatis subjectos, ex iisque electos: pari ratione quævis Ecclesia Civitatis majoris ministros Ecclesie in omnibus oppidis & vicis, ad civicam regionem spectantibus, habebant, qui adeo ab Ecclesia matrice, tum quod ad potestatis sua exercitium

T

tium

58. BINGH. L. II. C. IV. §. 6. p. 108. L. III. C.

XII. §. 1. p. 67.

59. BINGH. L. II. C. VI. §. 2.

tium, tum quod ad eorum institutionem, dependebant, atque ad reddendam ei rationem obstricti erant.

61. Tales olim erant *Chorepiscopi*, in oppidis alicujus diocesenos existentes, atque Episcopo Civitatis subordinati, sub cuius inspectione res ecclesiae in oppidis suis vicisque & pagis circumiacentibus, curabant.

62. Horum *Chorepiscoporum* jus & officium erat, Clericis ruralibus praesesse, in ipsorum vitae rationem inquirere, de ea que ad Episcopum Civitatis referre, nec non inferioribus officiis Ecclesiae de idoneis personis prospicere.

63. Ad conciliandam quoque illis auctoritatem, certis quibusdam privilegiis gaudebant: (1) Inferiorum ordinum clericos, veluti Lectores, Hypodiaconos, & Exorcistas ordinare poterant, ita quidem ut urbis Episcopum, in ejus promotione consulere non necesse haberent. Presbyteros autem & Diaconos, sine speciali Episcopi civitatis venia ordinare non licebat.

64. (2) Potestatem habebant, in Ecclesiis vicorum recens baptizatos confirmandi:

60. BINGH. Lib. IX. Cap. 1. §. 2. p. 372.

61. Concil. Antioch. C. IX. BINGHAM L. IX. C. VI. p. 564.

di: (3) Potestatem dandi clericis ruralibus, e diecensi alia in aliam transferri cupientibus, litteras *dimitiorias* sive *pacificas*, de quibus deinceps: (4) Potestatem operandi sacris in Ecclesia oppidana, præsentibus Episcopis & Presbyteris (5) sedendi ac suffragia ferendi in conciliis.

65. *Epiſtolæ*, per quas Ecclesiæ eorumve Episcopi, inter ſe communicabant, dupli- cis erant generis: aliæ dicta *Canonice*, ſe- cundum certos canones sive regulas a Pa- tribus præscriptas, concipiendæ, quas hinc Latini *Formatas* dixerunt: aliæ *Ecclesiastice* ſimpliciter appellatæ, quæ varii generis erant.

* *Formatæ* dictæ, quod certa omnes forma ſcri- berentur, ac ſpeciatim certis characteribus ſi- ve litteris vel elementis, ut signis diacriticis, quæ fraudem omnem & falſitatem præcave- rent a ſuppositiis diſtinguerentur.

Initium characterum, qui & numeros efficiebant, Græcorum more, ſemper fuere tres litteræ π. v. a. designantes Græce Perlonas Trinitatis, Patrem, Filium & Sanctum Spiritum quod διανεγιτικόν Orthodoxorum fuit, a temporibus Arianis. Quarta littera fuit ρ. repetitum, de- signans πέτρον Perrum, tanquam principem in- ter Apoftolos, cuius doctrinæ talis communis-

T 2 caret;

caret; & hæ litteræ quatuor effecere numeros 561. Quinta littera fuit prima nominis *Episcopi*, a quo scripta fuit Epistola. Sexta littera fuit secunda nominis illius *Fratis*, qui deferret Epistolam; Octava fuit Quarta *Civitatis* vel *Lxx*, unde data Epistola; Nona designavit *Indictionem* illius anni, quo Epistola scripta; tum terminari debuit omnis Epistola, ad Apostolorum exemplum claudente voce. *Amen*, cuius litteræ efficiunt 99. & quæ divini juris urandi formula fuit.

Atque hæ omnes litteræ ad finem Epistolæ in unum collatæ, & ordine distributæ fuerunt, ac Græcorum more suppeditatæ, ita, ut quatuor priores eadem semper essent in omni Epistola, ut & clausula *Amen*, quæ litteræ coniunctim effecerunt 660. Relique litteræ quæ designarunt nomen scribentis, accipientis, referentis Epistolam, & Epistolæ datæ locum ac tempus, quæ variarunt pro diversitate personarum, locorum, temporis, hinc propria dicta.

66. Species hujusmodi Epistolarum fuerunt, 1) *Litteræ Communicatoriae*, dandæ ab Episcopis locorum iis, qui peregre proficiebantur, atque in exteris regionibus aliquamdiu commorari volebant, seu clericis, seu laicis; quibus significaturum, verari tales in unione fidei, & dignos esse, qui ubicunque terrarum essent, in communionem tanquam *Catholici* reciperentur. Unde & *Urbium* ac *Provinciarum* *Præfectos* &

& Gubernatore hujusmodi litteras ad Episcopum loci, quo mittebatur, secum ferre oportebat, cuius adeo curæ ac potestati spirituali, quamdiu officio illic fungebantur, suberant. *Communicatoriæ* etiam dictæ *Synodicæ* itemque *Encyclicæ*, v. gr. a *Synodis* icriptæ ad Ecclesiæ, communicaturis, quid apud se in communi fide vel causa statutum esset; vel ab *Episcopis* recens creatis, v. g. ad Romanam, Alexandrinam vel quincunque aliam Sediem, quibus suam electionem significant, vel quibus alii gratularentur.

67. (2) *Dimissoriæ*, quibus vel clericum, vel laicum, in alienam provinciam, vel diœcesin transiturum, Episcopus prioris loci ita dimittebat, ut *laicum* quidem alibi ordinari, *clericum* vero in aliena Ecclesia sacra facere posse, significant; idque adeo pace sua fieri, testabatur; unde & *Pacificæ* interdum appellatae.

68. *Commendatiæ*, datæ iis, qui in aliqua suspicione fuerant vel criminis, vel injunctæ pœnitentiæ, liberandis iis a tali suspicione, & favori illis apud exterros conciliando; vel etiam Episcopis, aliisve qui negotiorum causa ad Imperatorem proficerentur, vel alio peregrinarentur, tanquam hospitalitatis tesseram, more ab ethniciis mutuato & ad usum sacrum & Christianum graducto. 4) *Pacificæ*, & *Episcopales*,

pales, itemque tesserae, ab Episcopis datae pauperibus vel oppressis, sive clericis, sive laicis. ut ea tesserae instructi, hospitio ubi vis exciperentur & juvarentur subsidio, tanquam pace Ecclesiae digni, vel qui in pace ejus essent.

69 5) *Tractorie*, scriptæ a Primate Dioceſano Concilio indicendo, & ad illud evocando: etiam scriptæ ab Imperatore, aut nomine Imperatoris a Proconsule aut Vicario Dioceſeos cogendo Concilio: Hinc missæ *Tractorie* ad singulos Episcopos, qui ad illud vocabantur; vel potius una *Tractoria* omnium Episcoporum nomina, qui convenire debebant, fuere expressa, vicissim, si qui Episcopi venire ad Concilium non possent, constituto tempore, debebant rationes Primi exponere, per *Tractoriam* Epistolam, quæ cum *Tractoria* seu *Evocatoria* confundi non debet.

70 7) Denique *Paschales*, diei Paschatis illius anni indicendo. Ceterum quas propria manu scribebant Episcopi integras; has *Holographas*, seu *Idiographas*; quatenus vero plumbo impressæ nomina Episcopi & civitatis, *Bullatos* dixerunt.

71. Ceterum folius erat Episcopi privilegium.

65-70. SPANHEIM *Hist. Eccles.* Sec. V. p. 878.
sqq.

legium, litteras tales dare; nec cuiquam id sibi sumere licebat, nisi mandante & consentiente Episcopo; Presbyteris vero expresse prohibitum.

72. Præter *Epiſtolas*, Ecclesiæ etiam interdum uſe ſunt *Legatis*, qui & *Nunci* i teinque *Apoſtoli*, dicebatur, per quos mutuam inter ſe communionem conservabant, laborantibus confilio auxilio ſolatio ſubveniebant, quæque ad communem Ecclesiæ ſalutem ſpectare videbantur, procurabant.

73. Quales non ſolum in Primitiva Ecclesiæ, ubi æqualitas adhuc inter Episcopos obtinebat, in uſu erant: Sed etiam deinceps, cum jam ſubordinatio & præminentia inter eos invaluiffet, uſu frequentabantur.

74. Cum primis Romana Ecclesia, uti ſingularem pro ceterarum Ecclesiarum ſalute curam gerere videbatur, ita quoque *Apoſtolas* ſuos ſive *Nuncios* ad alias hoc nomine dirigebant: non tamen niſi vi Conſederationis inter Ecclesiæ intercedentis, nullam hac ratione potestatem in ceteras Ecclesiæ affectantes.

T 4

75. Ce-

71. BINGHAM L. 2. C. IV. §. 3. 5.

72-74. BOEHM. J. Eccel. L. 1. Tit. XXX. S. 4. 5. Aut. *Disp. de iudiciorum Nunciatura Apoſt. Cap. I. §. 3.*

75. Ceterum uti Inspectio quædam in universam Ecclesiam omnibus Episcopis competere credebatur: ita & communem omnes omnium Ecclesiarum curam, per modum confederations adhuc, vel communicatis per litterarum commercia, aut legationes, consiliis, vel Synodis nonnunquam institutis gerebant.

76. Sed & *Synodi* sive *conventus* Episcoporum & Presbyterorum particulares, non nunquam, jam ante *Cocilium Nicænum*, passim in Provinciis nonnullis institui coeperunt: quales fuerunt *Concilium Aeyranum*, *Elibertinum*, *Antiochenum*.

**ART. III. DE IUDICIIS ECCLESIASTICIS ET DISCIPLINA ECCLESIASTICA
A SEC. IV. AD SEC. XV.**

77. Quæ *Judiciorum Ecclesiasticorum* ratio seculo superiori fuerat, eadem adhuc Sec. IV. duravit, neque adeo *Jurisdictio proprie dicta*, i. e. potestas judiciaria coactiva Ecclesiæ competiit, atque sic intra *Disciplinæ Ecclesiasticæ terminos Jurisdictio Episcoporum* fere continuit.

78. *Episcopi* igitur ordinarii erant *Judices Ecclesiastici* suæ *Dioceſeos*, quippe quibus *Judicia* tam personarum Ecclesiasticarum,

75. RINGH. L. II. C. V. KEVFFEL *Histor. Pontif. Rom. §. I.*

rum, in ipsorum diœcesi degentium, quam controversiarum, in Ecclesiis sibi subiectis ortarum, attributa sunt.

79. Non tamen arbitraria in his Judiciis Episcoporum erat potestas, sed ita per Canones limitata, ut non sine Presbyterorum, ceu Affessorum suorum, conscientia judicarint, & si cui injuria ab illis illata visa fuerit, provocare ab illis, vel ad Metropolitanum, vel ad provinciale Synodum, licuerit. Sed de hujus modi Provocationum Judiciis deinceps ex instituto agendum.

80. Ad *Judicia Episcoporum & Jurisdictionem* ipsorum Ecclesiasticam pertinebat in primis *Disciplina Ecclesiastica*, quam in Senatu suo Ecclesiastico, in Delinquentes intra suam Diœcesin exercebant.

81. *Disciplina hæc Ecclesiastica* nihil aliud erat, quam coercitio Christianorum, qui, post baptismum, gravioribus delictis Ecclesiam offenderant, atque adeo beneficiis ejusdem indignos se reddiderant, poenisque spiritualibus affici merebantur: cui a-

T 5 deo

79. DV PIN de *Antiqua Eccles. Discipl. Diff. II*, p.

94. BINGHAM L. II. Cap. III. §. 9. p. 98.

80. BINGHAM Lib. XIX. Cap. III. §. 1.

81. BINGHAM L. XVI. C. III. ubi de Personis, quibus poenæ ecclesiasticae infl.

deo omnes Ecclesiæ cives, tam clerici, quam laici, matculi & foeminae, sine exceptione subjiciebantur.

82. Cœrcitio illa suos habebat gradus atque consistebat 1) in *Admonitione offensoris*: quæ solenniter bis vel ter separatis temporibus repeti solebat, antequam major in eum severitas adhiberetur, secundum illud Apostoli; *haereticum hominem post unam & alteram admonitionem repellere* Tit. III. 10.

83. 2) In *temporaria communionis interdictione*, quæ minor *Excommunicatio* vocata, *Separatio* quoque dicta, post tempus decem dierum ad resipiscendum datum, nec resipiscientia sequuta, contumaci dictitata fuit, atque in exclusione de inquentis a participatione eucharistie & precum fideliūm, constitit; ex ecclesia autem eum non ejecit: Consistere enim potuit, ad audiendam psalmiadam, Scripturarum lectionem, & preces catechumenorum ac pœnitentiūm, atque tum cum illis discedere, prima di vini cultus parte missa catechumenorum finita, debuit.

84. 3) In *Ejectione ex Ecclesia*, quæ major *Excommunicatio* appellata, quippe qua ho-

gi potuerunt, & Cap. IV-VII. ubi grandia peccata contra decem præcepta admissa enumerantur.

homines penitus de Ecclesia expellebantur,
& ab omni cum ipsa in sacris officiis com-
munione separabantur; unde & *omnimoda
Separatio & Anathema*, i. e. execratio, dicta.

85. Atque de hac Excommunicatione
plerumque & reliquæ Ecclesiæ per litteras
encyclicas certiores redditæ, ut & ipsæ
hunc disciplinæ actum approbarent, non
hujusmodi hominem in communionem re-
ciperent. quo factò, in una ecclesia excom-
municatus in omnibus Ecclesiis pro excom-
municato habitus fuit.

86. Non tamen Disciplina hæc Ecclesiæ
quemquam naturalibus suis vel civilibus
juribus, multo minus magistratum potesta-
te sua & debitæ ei fidelitate, privabat: quam-
vis in civili quoque commercio & conver-
satione excommunicati communio devitata,
nec commemorationis ejus post mortem per-
missa; nec matrimonium cum excommuni-
catis hæreticis contrahere, vel eorum
eulogias recipere, vel libros legere licuerit,
potius comburere hos oportuerit.

87. Sed peculiaris fuit Disciplina, quæ
circa Clericos locum habuit, quippe quos
publice pœnitentiæ, atque ordinaria excom-
municationis poena afficere Canones prohi-
buerunt.

buerunt; satis esse existimantes, si ab officio suo amoveantur: quamvis nonnullis in casibus specialioribus utraque poena inflicta fuerit.

88. Poena igitur clericorum propria triplicis generis erat: *Suspensio a redditibus suis ecclesiasticis*, quorum portio *divisio mensura* vocata; *Suspensio ab officio*, eaque vel temporaria & limitata, vel perpetua nulloque modo restricta, quæ & suspensio nem a redditibus involvebat: *Deposito* sive *dejectio* de ordinis sui honorisque gradu, quæ siebat per plenam perpetuamque potestatis & auctoritatis, clericis in ordinatione commissæ, ademtionem.

89. Nonnunquam, ob graviora admissa Clericis poenæ loco infligebatur *Reductio ad statum & communionem Laicorum*, quæ consistebat in plena perfectaque Clerici degradatione sive ordinum privatione & reductione ad statum & conditionem laicorum; non obstante indelebili, qui venditatur, charactere ordinationis.

90. Quandoque *depositi*, si contumaces fuerint, quoque excommunicati & a communione laica rejecti sunt; vel si in obstinatione persisterent, ope & auctoritate magistratus secularis de loco honorifico & statione clericali remoti ac deturbati; vel etiam curiæ seculari poena afficiendi, traditi sunt.

91. Fuerunt & aliae Pœnarum Ecclesiastica-

sticarum species in usu, certas hujusmodi prohibitionum vel privationum species aut gradus continentes, quibus non immorabitur.

92. Sec. IV. & V. ubi monasteria constitui coeperunt, etiam relegationes clericorum peccantium in monasterium, ad exercendos ibi privatæ pœnitentiae actus, pœnarum loco adhibitæ. Quin & pœnæ corporales, veluti carcer ecclesiasticus, dum in locis ad ecclesiam pertinentibus præser-tim inferiorum ordinum clerici, correctio-nis causa, inclusi sunt, adhiberi coeperunt.

93. Pœnæ ecclesiastice pro fine maxime habuerunt *Pœnitentiam* peccantium; de hac igitur, ejusque sinceritate ut Ecclesia certior redderetur, certis temporum intervallis opus fuit: hinc Sec. III. & IV. Pœnitentes in quatuor ordines distincti sunt; nem-pe, *fleentes, audientes, fulstratos, & consffentes.*

94. *Fleentes* in Ecclesiæ vestibulo prostrati jacebant, expetentes fidelium ingredientium preces, atque admitti ad publicam in Ecclesia pœnitentiam agendam cupientes.

95. Sequebantur *Audientes*, qui, postquam precibus eorum locus erat relictus, ad pœnitentiam adiutabantur, h. e. faculta.

87-92. BINGHAM Lib. XVII, Cap. 1-4. & Cap. V. §. 1-44. ubi Crimina Clericorum enarrantur.

cultatem eundi per diversas pœnitentiæ stationes ab Ecclesia dictitandas; adeoque libertatem habebant consistendi & audiendi Scripturas prælectas, & sermonem recitatum, sed exire debebant ante quam preces communes inchoarentur, cum reliquis catechumenis & aliis, qui generali nomine Audientes dicebantur.

96. Ab iis diversi erant *Substrati* sive *genu flettentes*, quibus subsistere licebat in Ecclesia, dimissis audientibus, & audire preces, ab omni populo pro illis oblatis, sed in genua nixi, quin & manuum recipere impositionem ab Episcopo, qui & ipse peculiarem pro illis precationem faciebat; quæ vocabatur *impositio manuum* super pœnitentes, & Episcopi benedictio.

97. Ultimus pœnitentium ordo erant *Consistentes*, qui libertatem habebant, reliquis pœnitentibus & catechumenis dimissis, consistendi cum fidelibus ad altare & in communibus precibus sejungendi.

98. Certæ quoque Ceremoniæ, in admissione Pœnitentium ad agendam pœnitentiam publicam observatae: quales erant: pœnitentiam dare, per *impositionem manuum*; quod pœnitentes comparete deberent in *cilicio* & *cinere* super capite suo; *zondere capillos*, & incedere velato capite, ad aliud tristis

tristitiae & luctus sui faciendum indicium; abstinere a lavationibus, conviviis aliisque innocentibus oblationibus; observare omnes dies festos & publicas solennitates Ecclesiae; omnibusque his diebus flexis genibus orare; matrimonium tempore poenitentiae haud inire; liberalitate uti in pauperes; denique operam suam Ecclesiae in sepeliendis pauperibus addicere.

99. Ceterum Magnus quidem rigor, magnaque severitas poenitentiae in antiqua Ecclesiae disciplina adhiberi suevit: Episcopis tamen magna circa eam imponeudam, & satisfactionem pro peccatis exigendam indulta fuit libertas, qua eam vel asperiorem vel leniorem reddere potuerunt: quæ proprie indulgentiae nomine olim venit,

100. Poenitentiam rite peractam subsequebatur *Absolutio*, sive Restitutio poenitentium in Ecclesiae communionem, quæ tamen nonnisi ministerialis erat, Ecclesiam potissimum respiciens; suprema vero & absoluta peccatorum remissio soli Deo relicta.

101. Licet autem Disciplinæ hujus potestas præcipue EPISCOPI manibus concre-dita

98. BINGH. l. c. Cap. II.

99. BINGHAM l. c. Cap. IV.

100. BINGH. L. XIX. Cap. I.

dita fuerit; atamen multis in casibus eadem *Presbyteris* etiam, imo & *Diaconis*, per generale quoddam vel speciale mandatum commissa est. Sed & *Archidiaconi* potestate gaudebant, *Diaconos* & inferiores Clericos, non autem *Presbyteros*, pena ecclesiastica afficiendi.

102. Illustre adhuc Discipline Ecclesiastice exemplum Sec. IV. præbuit *Poenitentia publica* THEODOSII Imp. qui post cædem Theissalicensem, faciente AMBRO-
SIO ab aditu Ecclesiæ repulitus, & communione diu satis, VIII. scil. menses, prohibitus, publice luctum, imperiali cultu de-
posito, significavit.

102. Seculo V. collapsa sensim cum luxu *Clericalis Disciplina*. *Confessio* autem publica sub LEONE Romano circa A. 460. in privatam, sive secretam coram Sacerdote (nempe criminum, pro quibus injuncta *Poenitentia publica*) commutata. Unde sensim publica & canonica *Poenitentia*, quæ tunc temporis inter Latinos adhuc obtinuit, ab Episcopi & Sacerdotum arbitrio pendere cœpit.

103. Sec.

101. BINGH. l. c. Lib. XIX. Cap. III. §. 1. 2. 3.
Lib. II. Cap. 21. §. 8.

102. SPANH. H. E. Sec. IV. p. 946.

102. SPANH. H. F. Sec. V. p. 976.

103. Sec. VI. in Concilio Toletano III. C.
XI. Disciplina revocari jubetur ad formam
Canonum antiquorum, i. e. ut prius Presby-
ter, quem sui facti pœniteret, a communi-
one suspensus, inter reliquos pœnitentes ju-
beretur ad manus impositionem crebro recur-
rere; & expleto satisfactionis tempore, tan-
dem Communioni restitueretur: Relapsi
autem ad priora vicia, hi secundum prio-
rum Canonum severitatem damnarentur.

104. Homines, qui odio aut longqua in-
ter se lite dissiderent, & ad pacem revocari
nescirent, aut inimicitias nollent depone-
re, excommunicari jubentur.

105. Ceterum corruptam in primis Cle-
ricalem hujus seculi Disciplinam tum con-
tentiones Episcoporum inter se, tum Ca-
nones Synodorum, ob emendanda Cleri
vitia, conditi abunde testantur. Quo cir-
ca lites Episcoporum intra anni spatium
componi, aut hos ut extraneos haberi, in
Synodis jubentur: quod injustum sit, ut, qui
cunctis praesunt, inter se quacunque causatio-
ne dissentiant. Pariter sacri Ministri veran-
tut, interesse conviviis nuptialibus, ama-
toriis cantilenis, aut obsecenis saltationibus,

V

ne

107. Concil. Agathensis Can. XXXI.

102 - 105. SPANHEIM Sec. VI. p. 1080. RECHEND

Hist. Eccl. Per. II. G. III. S. 21.

ne turpium spectaculorum, atque verborum contagione, polluerentur.

106. Sec. VII. Disciplinam Ecclesiasticam, corruptis cleri moribus, cum doctrina Christiana, corruptissimam fuisse, adeo mirum videri haud debet: quod, teste AVGVSTINO, ubi male creditur, & male vivitur. De hoc Canones in diversis Synodus facti testantur, Sacerdotes, cœlibatum foventes, impuras concubinas alebant. De corruptissima quoque Cleri & Monachorum Disciplina testantur fœda Pontificis *Capitula Pænitentialia*, apud Britannos introducenda.

107. Quanti instauratores Disciplinæ Ecclesiasticæ Sec. VIII. Pontifices R. fuerint vel inde colligere licet, quod toti incubuere interdicendo Clericis & Tonsis, seu sponte seu coacte, matrimonio, concubinatu simul januam aperiendo. Unde concubinas plures fere ubique fuisse unius uxoris loco, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Historiæ testantur.

108. Praeclarus de ea meritus est CAROLVS M. qui *Pænitentiales* illos libellos, seu *Pænitentiæ* Regulas, per Monachos invecatas

106. RECHENB. l. c. Per. III. C. I. §. 25, SPANH. Sec. VII. p. 1182.

107. SPANH. Sec. VIII. p. 1070.

tas, vel *impositas pro peccatis Pœnitentias*, privatas illas, & leviculas plerumque, superstitiosas, ac inuisitatas, sustulit: revocavit vero *Pœnitentiam Publicam*, juxta antiquam *canonum constitutionem*; qui publicam Exomologesin, diversosque *Pœnitentiæ gradus*, πρόκλαυσιν, ἀμέσωσιν, ὑπόπτωσιν, σύσασιν, pro diversitate delictorum præscriberent.

109. Idem *Clerum omnem, Episcopos, Parochos*, ad officii legem, secundum Scripturas & Canones antiquos, suis constitutionibus, & ad omnem disciplinam fere collapsam, frequenter reduxit. Neque populis fabellas, superstitiones, rosaria, præregrinationes, vota nuncupanda sanctis, imaginibus, privatas satisfactiones commendari, sed *prædicari recte & honeste*, secundum Scripturas sacras, eliminatis, quæ nova, quæ non *Canonica*, quæ ex suo sensu fingerent, voluit.

110. Quid quod verbis non solum reprehendere & confutare Episcopos, sed ex Ecclesiis quoque ejicere, propter mores, Pastore indignos, idem Imperator non dubitavit.

III. Sec. XI. quoque Disciplinam Eccl.
V 2

108 - 109. SPANHEIM Sec. p. 1297.

110. RECHENB. l. c. Cap. §. 29. p. 228.

clericaisticam valde collapsam fuisse, non Canones tantum Synodorum, sed & Historici testantur; dum Reges & Pontifices assiduis certaminibus occupati; præterea turpi Simoniacorum & Nicolaitarum hæresi polluta ac corrupta fuerunt omnia, quorum illi interdicta sacrorum commercia hi prohibita clericorum connubia defenderunt.

112. Sec. X. fœdissimam Ecclesiæ Romanæ faciem depingunt Annalium Scriptores, cum Romæ dominarentur potentissimæ æque ac fôrdidissimæ meretrices, quarum arbitrio mutarentur Sedes, darentur Episcopi, & quo auditu horrendum & infandum intruderentur in Sedem Petri earum amisi, PseudPontifices.

113. Disciplinam quoque Ecclesiasticam, corruptis Clericorum moribus, corruptissimam ita describunt: Creverant tum in Germania vitia Sacerdotum. Nam & Rom. Pontifex ob scelera male audiebat vulgo: Venter & ea, quæ sub ventre, illis Deus erant. Vino, otio, veneri & Cereri dediti
sa.

III. RECHENB. Cap. III. §. 39.

112. BARON. Annal. ad A. 912. n. 8. RECHENB.
Per. III. C. IV. §. 1.

113. AVENT. Annal. Boj. Lib. IV. RECHENB.
l. c. §. 33.

sacras profanasque litteras juxta continebant. Virgines sacratæ passim incestu polluebantur. Adulterio nihil communius erat. Arrogantia, superbia, luxus, libido, avaritia, communia Sacerdotum mala invulnerant.

114. Flagitia Pontificum eod. Seculo Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Clerici, et mulati sunt. Clericorum domus prostibula fuerunt meretricum, conciliabulum histriorum, ubi aleæ, saltus & cantus, ubi patrimonia Regum eleemosynæ Principum profligarentur: imo prætiosi sanguinis pretium; uti Scriptores hujus ævi loquuntur.

115. Sedem Romanam tunc temporis occupavit IOHANNES XII. tot flagitorum reus, ut in ejus depositione tandem severioris Disciplina Ecclesiastice exemplum statuendum fuerit, siquidem post tot accusationum capita, probataque hujus Monstri scelera, & postquam purgationis loco fuisse præceps fuga, latebrae, minæ, anathemata, nullum aliud remedium supererat, nisi legitima ejus depositio; quæ in Synodo Romana A. 963. Præsidente OTTONE & post iteratam citationem, ac missas secundo litteras, cum Legatis, decreta est.

116. Sec. XI. dum de dominatu firman-

V 3

do

114. 115. SPANHEIM Sec. X. p. 1437. 1484.

do in Ecclesia certatum, Disciplina in ea porro neglecta jacuit. Cleri universi corruptio nefanda adhuc duravit. Cum matrimonia Clericis interdicta essent, alere concubinas & scortari non amplius nefas habebant. Episcopi luxui plerumque dediti, nec puræ doctrinæ, nec sanctiori disciplinæ rationem habuerunt.

117. *Excommunicationis* interim fulmen terrificum omnes etiam Principes ac ipsi Imperatores exhorrescere necesse habuerunt; quod exempla *VENONI*s Regis *DANIAE*, & *HENRICI IV.* Imperatoris probant.

118. Sec. XI. quoque *Disciplina* Monachalis hæc a *DOMINICO LORICATO* introducta est, ut, pœnitentiæ causa fideles verberibus se ipsos afficerent, flagellis ad hoc paratis idoneis; quamlibet *Disciplinam* mirabili exemplo *HENRICVS II.* Imp. ipse subiit, considerans nominis Majestatem longe suis præcellere meritis, nunquam insignia regalia sibi summis imponere, nisi clam per confessionis & Pœnitentiæ, Verberum, insuper satisfactionem, licentiam a quolibet Sacerdotum suppliciter mereretur.

119. Sec.

116. 116. SPANH. Sec. XI. p. 1517. RECHENB. Per. IV. Cap. I. §. 47.

108. BARON. *Annal.* ad A. 1056. SPANHEM. Sec. XI. p. 1561.

119. Sec. XIII. Corruptissimam adhuc Cleri Disciplinam fuisse, Historiae omnes testantur: in electionibus Episcoporum Simoniam, fraudes; in Disciplina carnificinam & excommunicationem ipsorum Imperatorum injustas, cleri avaritiam; malas artes in corradendis vel rapiendis opibus; luxum in vita; ambitionem in affectandis dignitatibus; nundinationes indulgentiarum, concubinatum, scortationes & adulteria, ob cœlibatus legem, accusant.

120. Judicia igitur Episcoporum primis temporibus Ecclesiastica tantum fuerunt, non nisi ad causas & personas ecclesiasticas se portigentes. Invaluit vero deinceps consuetudo, Episcopos, in causis quoque civilibus, eligendi arbitros, sive per compromissum constituendi judices.

121. Occasio hujus consuetudinis haud dubie fuit Apostoli P A V L I sive consilium, sive præceptum, Christianis non esse litigandum coram ethnico Magistratu, sed coram fratre potius Christiano causas ipsorum disceptandas.

122. Causa vero, cur Episcopi potius eligerentur Judices, fuisse videtur opinio sapientiæ, probitatis ac integritatis, quæ pro

V 4

tali-

talibus personis militabat: præsertim quod experientia doceret, exulare ab Episcoporum cognitionibus litium anfractus, calliditates ac fraudulentias, jurisdictionem ipsorum legibus charitatis servire, animorum penetralia ulro se Episcopis pandere, atque adeo faciliores litium exitus expectandos.

123. Eadem quoque ratio Imperatores, cum primis CONSTANTINVM M. ac dein HONORIVM & ARCADIVM quin & IVSTINIANVM permovisse videtur, ut hanc consuetudinem legibus confirmarint, atque Episcopis aliquam speciem jurisdictionis, sub *Episcopalis Audientiæ* nomine, largiti fuerint: quæ tamen, quod ad laicos, sensim in usu esse desit.

124. At in causis ecclesiasticis eadem reservata, atque adeo *Jurisdictio Ecclesiastica*, Episcoporum sequiori ævo magis magisque stabilita, atque legibus canonibusque confirmata fuit.

125. Judiciis his Ecclesiasticis, olim ipsi met

120-123. Tit. *Cod. de Episc. Aud.* SOZOM. *Hist. L. II. C. 9.* SPANH. *Sec. VI. p. 1086.* THOMAS-
SIN. *de V. & N. Eccl. II. L. III. C. 102. §. 1. 2.*
ESPEN I. *Eccles. P. II. Tit. I. §. 1. seqq.* BOEH-
MER *orig. I. Eccl. Cap. XX. §. 6.* BINGHAM.
L. II. C. 7. p. 123.

met Episcopi perplura secula præfuere. Cum vero seculo in primis XII. controversiae in tribunalibus Ecclesiasticis, secundum legum civilium modum exactius ponderari coepissent, & commodioris vitæ gratia huic oneri se subducerent, nec semper de iis, quæ processum respiciunt, satis instructi es- sent, denique Archidiaconis, quibus causas sæpe delegaverant, tuto fidere non possent, sed de illis suppressis cogitarent:

126. Hinc Consistoriis suis *Officiales* quosdam, tanquam vicarios, passim præficerunt, & per eos omnem jurisdictionem contentiosam exercuerunt. Quo pacto Ju- dicia Ecclesiastica Episcoporum nova ratio- ne & forma instruta, & *Vicariis generali- bus*, tanquam præsidibus, commissa fuerunt. In eo preterea ad normam fori Romani se- se conformarunt, quod *Affessoribus* instrue- rentur.

127. Jam quæ provocandi ratio a Judi- ciis Episcopalibus olim obtinuerit, dispi- ciendum erit. Nimirum a tempore Con- cilii Nicæni duplicis generis Judicia Eccle- siastica enata sunt: *Episcopalia*, & *Synodalia*.

128. *Episcopalia* singulis Ecclesiis Epi- scopalibus, harumque Dioecesibus five Pa- rœciis, propria erant, quibus Episcopi fin-

V. i guli

125. 126. BOEHMER *J. Eccl. l. c. §. 3. 4. 5.*

guli praeerant, & in quibus causæ singula-
rum Ecclesiarum, singulorumque Clerico-
rum eo modo, qui in praecedentibus ex-
positus est, peragebantur.

129. *Synodalia*, sive *Metropolitanana*, quæ
ex Episcopis vicinis, quos provinciæ ipsius
ratio conjunxerat, nec non Presbyteris &
Diaconis, quin & Laicis quibusdam, colli-
gebantur, & in quibus, bis quotannis, ex
Concilii Nicæni decreto, Præside Metra-
politano de causis, communem Ecclesiæ
salutem respicientibus, aut permodum pro-
vocationi eo delatis, consultabantur, &
per figuram judicii, cognoscebatur, senten-
tiaque ferebatur.

130. Hæc ipsa *Judicia Synodalia* tantæ
auctoritatis erant, ut sententiæ eorum a
nullo judicio alio extra provinciam retrah-
erari possent: quod uti ex æqualitate Eccle-
siarum inter se fluebat, ita & Canone Con-
cilii Nicæni VI. confirmatum est.

131. Sed cum saepius inter ipsos Episco-
pos in his Synodis contentiones oriorentur,
neque provocatio ab hujusmodi judiciis
Synodalibus ad superius *Judicium in Con-*
cilio

129. *Conc. Nic. C. VI.*, BOEHMER *de Confœd.*
Christ. Discipl. §. 70.

130. BOEHMER *I. c.* DV PIN *de Ant. Eccl. Disc.*
Diss. II. §. i.

filio Nicæno concessum esset: non aliud gravatis remedium relictum videbatur, nisi denunciatio judicii lati Imperatoribus facienda, atque Rescriptum pro Revisione illius impetrandum.

132. Quod cum, in detrimentum Disciplinæ Ecclesiasticæ vergere videretur; duplex via, ad hanc viam intercludendam in eunda Conciliis placuit: alia nempe Antiocheno in Oriente, alia Sardicensi in Occidente.

133. *Antiochenum Concilium Can. XII.* sanciebat: si quis a Synodo forte damnatus fuerit Episcopus, eum ad majus Episcoporum converti concilium, & quæ justa putaverit habere, plurimis Episcopis suggestere, eorumque discussiones ac judicia præstolari oportere. Si quis vero hæc neglexerit, ac molestus fuerit Imperatori, nulla venia dignum esse, nec locum satisfactioni, nec spem fusuræ restitutio-
nis habere.

134. *Sardicensi autem Concilio, Can. III.* placebat, retractationem ejusmodi controversiarum deferendam Episcopo Rom. & in ipsum transferendam potestatem, quæ Imperatoribus competebat, concedendi Revisiones, in detrimentum auctoritatis Imperatoria: atque ut speciem novæ potesta-
Pon-

134. KEVFFEL Hist. Pontif. Rom. §. 18. 19. 20.

Pontifici tributæ conciliaret, auctore OSIO Episcopo Cordubensi, *memoriam s. PETRI APOSTOLI* ita honorandum allegabat.

* Not. Canones Sardicenses a Legatis ZOSIMI Concilio Nicæno adscriptos esse, sed Africanis Episcopis contradictibus.

135. Definiit ergo Concilium *Sardicense*, judicium in Episcopum latum renovari posse, si ita videatur Rom. Episcopo, ad quem confugere possit Episcopus damnatus; non quidem, ut ejus causa Romæ judicetur, sed tantum, ut ibi inquiratur, num causa ejus talis sit, quæ novum desideret examen.

136. Quodsi Episcopus Rom. intellexerit, causam in Provincia non satis examinatam fuisse, a Concilio hoc Sardicensi ei conceditur, ut, præter Episcopos Provinciæ, ex finitis Episcopis cognitores tribuat, qui renoverent examen, data etiam illi facultate, ut Legatos a latere ad judicium istud posterius mittat: Si vero intellexerit causam non esse talem, quæ retractari debeat, maneat firmum Provinciæ judicium.

137. Tandem judiciariam potestatem omnem ad sedem Rom. pertrahere conatus est Pontifex. Quod primum efficerre conatus est per spurias *Epistolas decretales*.

tules ab ISIDORO MERCATORE editas, & conflictas in iis *causas majores*, atque generatim ad cognitionem Episcopi Romani relatas: quarum species cum ipse pro suo arbitrio determinaret ac augeret, amplissimam facultatem nactus est, sub obtentu causarum majorum omnia ad se trahendi jura, quibus præcipue partes Regiminis Ecclesiastici continebantur.

138. In tali decretali, *sIXTO* Papæ adscripta, proponitur quoque *jus licenter appellandi* & adeundi Apostolicæ Iedis Pontificem: qua appellantandi licentia non solum in praxin frequentissimam deducta est, sed etiam novæ regulæ sunt additæ; quod Pontifices concurrentem haberent jurisdictionem cum quolibet inferiore judice intermedio, statim ad aulam Romanam recursus patet.

139. Unde factum, ut omnium causarum disceptationes Romam pertractæ sunt, & *judicaria patescas* super totum Occidentem ibi usurpata sit.

ART. IV. DE REGIMINE ECCLESIAE METROPOLITANO PATRIARCHALI ET PAPALI A SEC. IV. AD XV.

140. Licet primis tribus seculis insignis
inter

137. KEVFFEL l. c. §. 33.

138. 139 KEVFFEL l. c. §. 33.

inter *Episcopos* regnaret *æqualitas*: mature tamen, seculo in primis IV. *Subordinatio quædam ac Præminentia* inter eosdem ita invaliduit, ut *Episcopi* alii aliis subordinarentur, & nonnulli eorum majori auctoritate, atque adeo prærogativa non solum dignitatis, sed & potestatis, reliquis eminerent; Qualem prærogativam præsertim majorum ac celebriorum Civitatum *Episcopi* nauci sunt.

141. *Electio* Episcoporum æque ac Presbyterorum, prioribus seculis fiebat a *Clero & Populo*; ita ut *populus* æqualem cum *electro* inferiore in ea potestatem haberet, nullusque *Episcopus* plebi Orthodoxæ invitæ obrudi debuerit; conjuncta quoque Cleri & populi potestas non inere testimonialis, sed judicialis fuerit, atque vim suffragii & electionis habuerit.

142. Modus autem suffragandi & eligendi, quem *populus* inibat, diversus erat: dum vel unanimes una omnes voco clambant, *dignus!* vel *indignus!* vel, consensum testantes, decreto electionis subscribebant, vel denique specialioribus accusacionibus, coitionibus, factionibus, interdum & cruentis tumultibus, dissensum declararent.

143. Evidem ab Apostolis hanc Episcoporum Subordinationem induciam esse, propitia veritate afferi nequit; sicut ne qui-

quidem *Episcoporum* prærogativam præ Presbyteris Apostolicæ institutionis esse, ex dictis superius de primævo Ecclesiæ statu facile liquet. Sed per consuetudinem & observantiam ea successu temporis ab Ecclesia ipsa introducta fuit.

144. Cujus rei prima forte causa aut occasio enata ex jure *ordinationum*: quod majorum Sediūm Præsulibus inde mox accrevisse videtur, quod illorum ministerio vicinæ Ecclesiæ collectæ, & primi in his Episcopi ab iisdem instituti fuerint.

145. Consequuti autem sunt celebriorum Civitatum Episcopi eximium hocce in ceteras Ecclesias jus, ut videtur, exemplo illarum Urbium, ex quibus coloniæ deducuntur, quæque inde *Matrices* appellantur. Sicut enim coloniæ ejusmodi Civitatem istam matricem, unde exierant, reverentia prosequebantur eique adhærescebant, ita etiam Ecclesiæ minores comiter colebant Ecclesias illas majores, unde propagatæ erant, & cum illis tanquam membra cum Capite unum Corpus constituebant.

146. Accedebat & alia causa, quare major olim nonnullarum Ecclesiarum existimatio

145. P. de MARCA de C. S. & J. L. I. Cap. III.
§. 5. KEVFFEL l. c.

matio fuerit, nimirum quod ab ipsis Apostolis aut Apostolicis viris fuerint fundatae, adeoque dogmata fidei ex Apostolica traditione haussisse crederentur: unde magna utique in tuenda dogmatum veritate, ac refellendis hæreticorum erroribus, auctoritate pollebant singularique hoc nomine reverentia prosequendæ videbantur.

147. Denique ipsius Ecclesiæ utilitas, ejusdemque felicius gubernandæ ratio suadere potuit, subordinationem quandam inter Episcopos introducendam, atque adeo Regimen ejus Regiminis civilis ordinii ac rationi quodammodo conformandum, ita quidem, ut majorum Imperii Romanæ Urbis habitati Urbium ratio habita fuerit.

148. Nimirum ad *Regimen Ecclesiæ Subordinatum* rectius constituendum, atque adeo unionem Ecclesiæ felicius conservandam, nec non Schismata tollenda, utique etiam *Subordinatio* quædam in Ordine Ecclesiastico utilis non modo sed & necessaria visa fuit.

149. Communis autem, a viris doctis recepta, Canonibus quoque Conciliorum pro-

146. KEVFFEL §. 9. p. 20.

147. Conf. KEVFFEL l. c. §. 10.

148. KEVFFEL l. c.

probata, opinio est, Ecclesiam externam suam Politiam & Regimen, tum in prima ejus constitutione, tum in variis ejus mutationibus, quæ seculis subsequentibus intervenerunt, ad Regimen Reipublicæ quodammodo accommodasse.

150. Concilium in primis Nicenum Subordinationem inter Episcopos, antea forte usu introductam, expressis Canonum sanctionibus firmare cœpit. Cum primis Metropolitanis, sive Episcopis, in metropoli cujusque Provinciæ residentibus (quarum origo superius tradita) jura sua usu quæsita salva & integra servata; atque sic REGIMEN METROPOLITANVM stabilitum.

151. Episcopus igitur METROPOLITANVS Regimen exercebat in Ecclesiis totius alicujus Provinciæ, arctiori foedere sub ipso unitas, earumque Episcopos, eidem ceu Capiti suo subordinatos.

152. Jura autem Regiminis & Officia Metro-

X

149. Conf. Chalcedon. Concil. Can. XVII. ibi:
Si qua vero Civitas potestate Imperiali innovata,
vel deinceps innovata fuerit, civiles & publicas
formas Ecclesiasticarum quoque Parochiarum or-
do consequeretur.

150. Concil. Nic. Can. V. conf. KEVFFEL §. 10.

151. vid. supra Tit. hoc. Art. I. §. 6. seqq.

tropolitano competentia, erant sequentia. Primum ejus erat, omnium suorum Episcoporum provincialium dirigere *Electionem*, eosque vel *ordinare*, vel *ordinandi* dare *poteſtatem*: Siquidem nullus Episcopus, ipsis non consentientibus, nec approbantibus, eligi poterat vel ordinari.

153. Et quidem æquum omnino erat, ut una cum Presbyterorum Collegio, etiam universus Ecclesiæ coetus ad electionem Episcopi concurreret; quod is non Presbyterorum Collegio solum, sed universæ Ecclesiæ præficiebatur.

154. Præterea hisce electionibus plerumque intererant Episcopi comprovinciales, tum ut omnia ordinate & in pace sine turbis fierent, tum ut electo manus imponerent.

155. Viguit hæc eligendi Episcopi ratio in Occidentali Ecclesia per plura secula: In Orientali Ecclesia eligendi facultas post

152. Concil. Nicen. Can. IV. VI.

153-157. EVSEB. *Hist. Eccles. Lib. V.* c. 10. 11. 23.
29. 43. *Concil. Nic. c. IV. l. 42. Cod. de Episc. & Cler. Nov. 123. c. 1. Nov. 137. c. 2. c. 13. THOMASSIN. de V. & N. Eccles. Disc. P. II. L. II. c. 1. seqq. c. 15. §. 3. seqq. BINGH. L. IV. c. II. §. 2. 3. 4. 18. BOEHM. J. Eccles. L. I. T. VI. §. 3. - 6.*

post Sec. IV. fere ad concilium Episcoporum devoluta est.

156. In Ecclesiis minoribus Metropolitani comprovinciales convocare solebant, non ad Ecclesiam vacantem, quod in Occidente moris erat, & ab initio obtinuerat, sed ad sedem metropolitanam: quo ipso per necessariam consequentiam plebi nihil vel parum relictum, sed in Synodum fere omnis electio translata est, ut plebs tantum jus nominandi & a Synodo Episcopum petendi & postulandi retineret; quæ petitio tamen summo jure recusari poterat.

157. Potissimum vero Plebs ~~IV S T I N D A~~ n*i* tempore penitus ab electione exclusa est, admissis tantum optimatibus & honoratis, quod plebs plerumque turbas concitaret in electionibus. Hac lege autem honoratores admissi, ut tres personas, vel aliquando duas Metropolitanu*m* designarent, ex quibus ille meliorem ordinaret. Sed ne quidem in Oriente hoc receptum fuit, Episcopis id agentibus, ut a Synodo eorum electio prorsus dependeret.

158. Opera autem danda semper erat, ut quantocuyus novus Ecclesiæ Episcopus præficeretur, nec ultra tres menses vacaret; nec nisi ex clericis ejus Ecclesiæ, cui præfici-

X 2 endus

endus erat, regulariter eligendus erat; nec nisi per ordines ecclesiæ inferiores, veluti per gradus ad hanc dignitatem adscendendum erat.

159. Sed antequam legitimo modo quis officium aliquod clericale, præfertim Episcopale, eligi & consecrari posset, electoribus & consecratoribus certæ instituendæ erant disquisitiones, ratione fidei, ratione morum, & ratione externi status & conditionis.

160. Probatio fidei & orthodoxiæ, tub qua & eruditio comprehensa, triplici fiebat ratione: dum partim eligentes ad publicum de ipsis testimonium exhibendum obstringebantur; partim elecii ad certas quæstiones, de doctrina sua sibi propositas, respondere; partim etiam certis fidei capitibus eo tempore, quo ordinandi erant, subscribere jubebantur.

161. Secundum legem quandam IUSTINIANI illi, qui Episcopum elegerant, decretum electionis scripto consignare & jurando adseverare tenebantur, scientes ipsum rectæ & catholice fidei & honestæ vitae esse, ipsum elegerint.

162. Eadem lex jubet exigi etiam ante omnia ab eo Episcopo, qui ordinandus erat, libellum ejus propria subscriptione complectentem, que ad rectam ejus fidem pertinent; enunciari etiam ab ipso & sanctam oblationis formu-

formulam, quæ in sancta communione fit, &
eam, quæ in baptisme fit, precationem, &
reliquas deprecationes: quo ipso significa-
bat ordinandus, se liturgiam Ecclesiæ co-
gnoscere atque comprobare.

163. Concilium Carthaginense IV. specia-
liorem examinandi formulam, per inter-
rogationes Episcopo, qui ordinandus sit,
proponendas præscribit: eas potissimum
quæstiones complectens, quæ ad symbo-
lum fidei eorum & ad doctrinas attinebant,
quæ contra hæreses notissimas, tum qui-
dem adhuc serpentes, vel novissime in Ec-
clesia longe lateque dominatas, erant dire-
ctæ; itemque interrogationes, an in lege
Domini bene instructus, an ad exponen-
dum sacræ Scripturæ sensum idoneus, & in
dogmatibus Ecclesiasticis omnino exercita-
tus sit?

164. Dispositionem ratione statu externi pe-
nitenziæ cu-

161. 163. Novell. 137. c. II. Concil. Carth. IV. c. I.

ibi: *Qui Episcopus ordinandus est, antea ex-
aminetur, si natura sit prudens, si docilis, si mo-
ribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si
semper suis negotiis vacans, si humilis, si affe-
lis, si misericors, si litteratus, si in lege domini
instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si
in dogmatibus ecclesiasticis exercutatus.* BINGH.

L. IV. C. III. §. 1. 2. p. 118.

culiaris eorum temporum ratio requirebat: quod homines tunc legibus Imperii ad obeunda pro rerum ac fortunarum suarum ratione, Republicæ officia tenebantur, & hæc officia plerumque cum officiis Ecclesiæ consisteret non poterant; unde necesse erat, antequam quis ordinaretur, an statui publico aliquo modo obligatus, vel alii potestati obnoxius esset.

165. Cæterum *Ætas Episcopi* per Canones ita definita erat, ut nullus infra tricesimum ætatis suæ annum ordinari deberet, nisi forte vir esset extra ordinariis animi dotibus aut meritis clarus.

166. Circa tempus Ordinationi præstitutum, *epistolam circularem* mittebat Metropolitanus, qua omnes ejus Provinciæ Episcopos ad eam plebem, cui Episcopus ordinandus erat, invitabat, ut ejus ordinationi adficerent. Eorum omnium præsentia necessaria erat, si expectari poterat; sin minus, consensum suum per litteras declarare oportebat: quo in casu tres Episcopi, adfidente vel consentiente Metropolitanu, ad peragendum consecrationis ritum sufficere credebantur.

167. Ni.

165. BINGHAM *L. II. C. X. §. 1.*

166. EVSEE. *Lib. VI. C. II. Concil. Chalced. Art.*

XVI. BINGH. L. II. C. XI. §. 4.

167 Nihilominus ordinatio per unum aut duos Episcopos peracta pro valida haberi potuit, si Ecclesia eam ratam habuerit. Ceterum Episcopum quemlibet in sua ipsius Ecclesia, praesente populo, ordinari oportuit.

168. Modus & ritus ordinandi Episcopos in primis in aliquo Carthaginensium Conciliorum canone ita descriptus legitur: *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant evangeliorum codicem super caput & verticem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adfunt, manibus suis caput ejus tangant; qualis ritus in omnibus fere Ecclesiis in usu fuisse videtur.*

169. Certa quoque Precationis formula in eorum consecratione adhiberi suevit; quamvis unam eandemque formulam in omnibus Ecclesiis adhibitam fuisse, non sit existimandum.

170. Finita consecratione, Episcopi, qui aderant, Episcopum modo ordinatum in Cathedram sive Thronum ipsius conductebant in coque ipsum collocatum sancto oseulo in Domino omnes salutabant: quæ *Intronisatio* vocata. Lecta dein sacra

X 4

Scri-

167. BINGHAM l. c. §. 57.

168. Concil. Carth. c. IV. c. II. BINGH. l.c.

Scriptura (pro more, tanquam cultus quotidiani parte) novus Episcopus sermonem in eam faciebat; qui sermo *Enthronisticus* dicebatur.

171. Ceterum potestatem hanc ordinandi Episcopos suos suffraneos sive comprovinciales *Metropolitanis*, constitutis etiam super eos Patriarchis, retinebant; quamvis ea non fuerit arbitraria, sed pluribus Synodi provincialis suffragiis attemperanda.

172. METROPOLITANI a suis ipsorum Episcopis provincialibus eligendi & consecrandi erant; quippe qui non opus habebant ex alia provincia Metropolitanam ad id faciendum arcessere, sed id faciendi in provinciali sua ipsorummet Synodo auctoritate inter se ipsos erant instructi.

173. Proximum METROPOLITANI officium erat, Episcopis provincialibus praesse, & si qua inter eos suborta esset controversia eam interposita sua auctoritate finire atque decidere, adeoque & accusations audire aliorum, qui de injuria sibi ab Episcopis suis illata querebantur, a quibus ad ipsos

170. BINGHAM *l. c.* §. 8. 9. 10.

171. Conc. Arelat. *II. C. V.* Conc. Nic. *c. VI.*

BINGHAM *L. II. cap. XVI.* §. 13. 14.

172. BINGHAM *l. c.* §. 15.

173. BINGHAM *l. c.* §. 16.

ipsorum Metropolitanum provocare semper integrum erat.

174. Et cum Canones duas quotannis *Synodos* (præter eas, quæ extraordianria quadam occasione convocari poterat) in unaquaque provincia celebrari: Metropolitanus potestate gaudebat, easdem, cum significacione temporis & loci, *convocandi* ac *dirigendi*.

175. Proinde quæcumque eo spectabant, communi omnium consensione, in Metropolitanis sita erant potestate; cuius epistolæ circulares (quandoque *Synodicae* & *tractatoriae*, ut Imperatoris sacræ, vacatae) legales erant citationes, quibus nullus Provinciæ Episcopus, sub poena interdictionis inmuneris administrandi, aut aliis censuræ canonicae, quæ Metropolitani & Concilii arbitrio permittebatur, obsequium poterat denegare.

176. Eiusdem erat, imperiales leges & canones publicare, atque observare, ut observarentur: id quod ipsis quoque jus dabant, provinciæ Ecclesiæ visitandi in neglegctus & abusus inquirendi, eosque emendandi

X 5

174. *Conc. Nic. c. V.* BINGH.

175. BINGHAM *I. c. §. 16.*

176. *Novell. VI. Epilog.* *Novell. XLII. Epilog.*
Conc. Antioch. c. IX. BINGHAM *§. 18. 19.*

dandi. Neque etiam sine Metropolitani venia & litteris in alias regiones Episcopo proficisci licebat.

177. Sed & Metropolitani erat, Sedium intra Provinciam suam vacantium curam gerere, negotia Ecclesiae, quam diu Sedes vacaret, dirigere, redditus quoque episcopales in tuto collocare, imaturamque novi Episcopi electionem procurare: denique tempus celebrandi Pascha, suppudare, deque eo suffraganeos suos certiores reddere.

178. Ceterum inter omnes Metropolitanos *Primus Alexandrinus* maxima omnium pollebat auctoritate, tum quod ad absolutam ejus potestatem, tum quod ad longe latęque se diffundentem, jurisdictionem:

179. Supra *Metropolitanos* elevati sunt *PATRIARCHAE*; de quorum origine quidem superius paucis actum: hic vero jam quae ad jura iporum ac potestatem possimum spectant, exponenda veniunt.

180. Nimirum ante Seculum V. *Patriarchae* proprie dicti, vti ex supra dictis liquet, haud innotuerunt. Et licet tres primiarum Orbis Civitatum Ecclesiarumque Praefuses, *ALEXANDRINVS, ROMANVS & ANTIOCHENVS*, jam Sec. IV. probante Conclilio

177. BINGH. *l. c.* §. 20. 2^a.

178. BINGH. *l. c.* §. 23.

cilio Nicæno, insignem auctoritatem ac priuilegia nacti fuerint; attamen nec nomen Patriarcharum, nec jura Patriarchica obtinuerunt, sed *EXARCHI* solum salutati sunt.

181. Seculo demum V. & vox & dignitas Patriarcharum primum tribus his Episcopis majoribus siue *Exarchis*, qui & amplitudine Provinciarum & celebritate Sedium, ceteris eminebant, tributa est; quibus dein & *CONSTANTINOPOLITANVS* & *HIEROSOLYMITANVS*, ob Sedium prærogativas, juncti; atque adeo *Quinque Patriarchæ* enati sunt: sicut & vox Throni ad *quinq[ue] has sedes* ac *Dignitates Patriarchales* restricta est.

* Circa Sedes Patriarchales constituendas rationem potissimum habitam Vrbium, in quibus vel Imperatores ordinarie residebant, vel in quibus *Prefecti* Provinciarum jus dicebant: Hinc cum Romæ & Constantinopoli fuerint Metro-

po-

181. v. Concil. NICAEN. Can. VI. & VII. ibi: obtinuit antiqua consuetudo & traditio, ut *Ælie Episcopus* honoretur, habeat honoris consequentiam ἀκολοθίας τῆς τιμῆς Metropoli dignitate servata. Concil. Constantinop. II. c. 2. Concil. Chalced. Can. 4. 16. DVPIN de A.E. Disc. Diss. 1. §. II. p. 59. SPANHEM Hist. G. Sec. V. p. 979. SCHVRITZEL. Append. Antiq. Eccles. G. V. §. 8. 9.

poles Imperatorie; Alexandria caput Aegypti & Lybie & Pentapoleos; Antiochia Orientis; eandem ob causam Metropoles & Sedes Patriarchales ibidem constitutas esse. His dein additam & Sedem Aelia sive Hierosolymorum, propter primam Regni Christi & Ecclesiae Apostolicae sedem, licet antea solum Episcopus ibi fuerit, sedi Antiochenae obnoxius; & Episcopum Constantinopolitanum, ob sedis imperatoriae honorem.

182. Jura PATRIARCHARVM, non secus ac Metropolitanorum, duplicitis erant generis: Honoris scilicet & Potestatis.

183. Ad Honorem spectat, quod PATRIARCHÆ, ceu præcipua Ecclesiarum Occidentalium & Orientalium Capita, ceteros Episcopos omnes, etiam Metropolitanos & Primates, dignitatis eminentia præcesserint; & cum primis ab Imperatore singulari Pallii Imperialis ornamento condecorati fuerint; præterea quoque Throni prærogativa gavisi fuerint,

184. Potestas Patriarchalis in tribus quidem Conciliis Generalibus, successu temporis celebratis, nempe Constantinopolitano, Ephesino & Chalcedonensi, stabilita est: non tamen prorsus eadem in omnibus Ecclesiis fuit; siquidem non solum Constantinopolitano

tano Patriarchæ peculiaria fuerunt privilegia, sed & *Alexandrinus* prærogativas habuit sibi proprias.

185. Erant quoque singulis Patriarchis suæ *Dioeceses Patriarchales*, sive districtus majores, & pluribus Provinciis Ecclesiasticis Metropolitanorum conjunctis, atque Regimini unius Patriarchæ subjectis, enati, iisque limitibus suis ita circumscripti, utne Dioceſeos alicujus Patriarcha, aut alius Episcopus, in alterius Dioecesin quidquam juris sibi vindicare posset.

** Hinc ὁ ὑπὲρ διοικητῶν ἐπίσκοποι, qui sunt super Dioecesin Episcopi i. e. super Provincias plures in unam Dioecesin coniunctas, Can. 2. Constantinop. II. sub THEODOSIO M. dicti.

186. Jura autem Potestatis sive Regimini Patriarchalis, omnibus fere Patriarchis competentia, & a quolibet intra suam Dioecesin exercenda, erant sequentia: 1) *Ordinare* sive confirmare omnes Dioceſeos suæ Metropolitanos; non vero Episcopos, quorum ordinatio ad Metropolitanum eorum pertinebat; quamvis sensim & hanc invadere conati sint. 2) *Convocare* eosdem Metropolitanos omnesque Episcopos suos ad *Synodos* Dioceſeos suæ, iisdemque præsidere.

187.

184. BINGH. Cap. XVII. §. 9. 10. 11.

185. Conc. Constant. II. Cap. 2. DV PIN l. 6.

187. 3) *Inspectio* in universam Diœcesin & Jurisdictio Ecclesiastica, vi cujus non solum ipsos Metropolitanos judicare, sed & causas ab horum Judiciis & Synodis Provincialibus, per appellationem delatas recipere, eorumque decreta, si injuste facta visa fuerint, abolere aut corrigere possent.

188. 4) Ejusdem Inspectionis vi, eorum erat, in Metropolitanorum administracionem inquirere, eosque coercere, ac censura Ecclesiastica afficere, nec non in eorum Episcopos suffraganeos, si Metropolitanos in exercenda adversas hos disciplina negligentiores esse, intellexerint, animadvertere.

189. Itemque 5) *Metropolitanum* in quamcunque Diœceseos suæ partem, tanquam Procuratorem suum, sive legatum, ad causas ecclesiasticas ipsius nomine audiendas & dirimendas, delegare.

190. Sed & 6) Metropolitanis omnia fuerunt agenda, quæ a Patriarchis secundum canones ipsis fuerint injuncta, hi quoque in rebus magni momenti ab iis fuerunt consulendi, eademque ab iisdem observantia, qua

186-188. Concil. Calced. Can. 3. 8. 17. IVSTIN.
Nov. VII. C. 1. Cod. L. I. Tit. IV. C. 29. Nov.

c. XXXVIII. c. 5. DV PIN Diff. I. I. p. 65.

190. BINGH. §. 16. 17.

qua ipsi Episcopis suffraganeis, ex præscri-
pto Canonum, colebantur, colendi.

191. Denique 7) eorum fuit, *Leges im-
periales Ecclesiasticas* pariter ac civiles, ad
Ecclesiam pertinentes, Metropolitanis pu-
blicare, ac providere, ut omnibus Diœceseos
suæ Ecclesiis innotescerent; nec non 9)
in disciplina Ecclesiastica gravioris crimi-
nis reos absolvere.

192. Primi quidem temporibus *P A-
TRIARCHÆ* omnes erant *æquales*, ita ut
nullus eorum vel prærogativa dignitatis,
vel potestate in alterum gauderet, neque
adeo alias ab alio dependeret. Cumpri-
mis vero Orientales Patriarchæ, *ALE-
XANDRINVS*, *ANTIOCHENVS*, &
CONSTANTINOPOLITANVS, anti-
quam libertatem, quam Canones eis indul-
ferant, ita tuiti sunt, ut nunquam *Romano*
subjecti fuerint.

193. Nihilominus successu temporis gra-
vissimæ de *Primatu* contentiones inter non-
nulos ipsorum, cum primis *ROMANVM*
& *CONSTANTINOPOLITANVM*, quo-
rum ille parem, hic superiorem ferre non
pote-

191. BINGH. §. 18. 19.

192. BINGH. §. 20.

193. RECHENB *Hist. Eccl. Sec. V. Period. II. C*
II. §. 42. & Sec. VI. l. c. Cap. III. §. 19.

poterat, exortæ sunt: quæ Schisma non solum, sed & hieroryannidem quandam, aliaque mala, in Ecclesiam tandem invexerunt.

194. Evidet primatum honoris, sive primum inter Patriarchas locum *R O M A N U S P A T R I A R C H A* semper obtinuisse videtur: quippe quem non solum antiquissimi Ecclesiæ Patres, ob creditam Ecclesiæ Romanæ, a Petro Apostolo fundatæ antiquitatem, sed & Canones Conciliorum, & Constitutiones Imperatorum, propter antiquissimam Imperii sedem, qua Urbs *R o m a* semper gavisa fuit, agnoscerunt.

195. Post

194. *IRENÆVS Lib. III. Cap. 3.* ibi: *M A X I M Æ* & *A N T I Q V I S S I M Æ* & a duobus Apostolis, *P E T R O* & *P A V L O* Romæ fundatæ Ecclesiæ &c. item: ad hanc ecclesiam propter potentiorum principalitatem necesse est omnem convenerire Ecclesiam. *C Y P R I A N.* Epist. 45. ibi: *N a v i g a r e a u d e n t a d P E T R I C A T H E D R A M*, atque ad *E C C L E S I A M P R I N C I P A L E M*, unde unitas Sacerdotalis exorta est.
Concil. Constantinop. Can. 2. ibi: *C o n s t a n t i n o p o l i t a n u s b a b e a t P R I M A T U S* honorem post *R O M A N U M* Episcopum. *Concil. Chalced.* ibi: *o m n e m P R I M A T U M* & honorem principium secundum Canones *A N T I Q V Æ R O M Æ* conservari. *it. Can. 3.* ibi: *a n t i q u æ*

195. Post Romanum **CONSTANTINO-**
POLITANVS maxime emersit, quippe qui
non solum secundum ab eo honoris locum
atque æqualia cum eo privilegia obtinuit,
sed & *Oecumenici* sive *Universalis Patriar-*
che titulo a *IVSTINIANO* Imp. ornatus
est, quin & *Cæsariensis* & *Ephesinus* eidem
ita subordinati fuerunt, ut ad hunc ab il-
lis appellari potuerit, ulterius vero non nisi
ad Concilium Generale appellatio locum
habuerit.

* Not. Titulum hunc non nisi honoris præroga-
tivam, sive Primatum in propria diœcesi si-
gnificasse.

v. Concil. *Constantinop.* C. III. ibi: *Constantino-*
Y
poli-

*Roma tbrono, quod Urbs illa imperaret, jure
Patres privilegia tribuerunt.*

THEODOS. & VALENT. Impp. ita: *Cum igi-*
tur Sedis Apostolice PRIMATVM sancti Pe-
tri meritum, qui Princeps & Episcopaliis coro-
ne & Romana dignitas civitatis, sacra etiam Sy-
nodi firmari auctoritas. It. VALENTIAN. Epist.
ad THEODOS. *Quatenus Romana Ecclesiæ Epi-*
scopus, cui Principatum honoris super omnes ana-
tiquitas contulit. IVSTINIAM. Novell. 131. c. 2.
ibi: *Sancimus Sanctissimum Senioris Rome Pa-*
pam primum esse omnium Sacerdotem. Conf.
DV PIN de Antiq. Eccl. Discipl. Diff. IV. Cap.
H. g. i.

politanus Episcopus habeat priores honoris partes post Romanum Episcopum, eo quod sit ipsa nova Roma.

Concil. Chalced. c. 3. ibi: *Eadem consideratione moti CL. Episcopi sanctissimo nova Romæ thro- no aequalia privilegia tribuerunt; recte judican- tes, urbem, quæ & Imperio & Senatu honora- ta sit, & aequalibus cum antiquissima regina Ro- ma privilegia fruatur, etiam in Ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magni fieri, secundam post illam existentem.*

IUSTINIANI Imp. Novell. 7. ibi: *Imprator IV- SPINIANVS Augustus Epiphanio Sanctiss & Be- atiss. Archiepiscopo felicis hujus Civitatis O E- CVMENICO PATRIARCHÆ. Novell. 31. c. 2. ibi: Sancimus beatissimum Archiepi- scopum Constantinopaleos, Romæ novæ, secun- dum habere locum.*

196. At enim vero **PATRIARCHÆ ROMANI**, sacri fastus stimulis agitati, non contenti erant Primatu isto honoris, sed etiam prærogativam potestatis sibi arroga- runt, atque adeo ad suprematum quendam super ceteros Episcopos omnes, sive domi- natum universalem ac supremum in uni- versam Ecclesiam gravari non erubuerunt; ad quod fastigium per gradus quosdam, va- riis artibus, violentis etiam, adhibitis, adscendere contenderunt.

197. Dis

166. Conf. KEUFFEL Histor. Pontif. Rom. §. 17.

197. *Dioecesis Patriarchæ Romani, intra quam Regimen suum instar Metropolitanus exercere poterat, proprie Ecclesiæ Suburbicariæ a RUFFINO dictas, in Provinciis Praefecto urbis subiectis, nec non Sicilia & Sardinia, sitas, atque LXX. Episcopos in illis existentes, sub ambitu suo complexa esse videtur.* Atque in his Provinciis Potestatem vere Patriarchicam exercebat, ita, ut nihil in iis alicujus momenti sine ejus auctoritate regeretur.

198. *Inter Jura Patriarchica præcipuum erat Jus Ordinandi Metropolitanos & Episcopos reliquos; quod Patriarcha Romanus in Dioecesi sua plane singulari ratione exercebat; dum Patriarchæ ceteri solos Metropolitanos ordinabant, Pontifex autem Romanus in Provinciis Suburbicariis non solum, ubi nullus erat Metropolitanus, sed etiam in Sicilia & Sardinia, omnium Episcoporum Ordinationes sibi vindicabat, & nullas in iis partes Metropolitanis relinquebat.*

199. *Nimirum ubi Civitatis alicujus Clerus & Populus Episcopum elegerat, referreba.*

Y 2

297. *Concil. Nicen. Can. VI. DV PIN l. c. Diff. h.
§. II. seqq. ult. p. 39. sq. & p. 81. seqq. ANT.
ARRIGHII Orat. de Ecclesiæ Suburbicar. KEVF
FEL l. 6, §. 12.*

rebatur ad Patriarcham Romanum, qui vel Ordinandum Romam accersebat, vel aliquem ad ejus ordinationem delegabat. In aliis vero Provinciis, extra Suburbicarias, jus ordinationum Pontificem Rom. habuisse, probari nequit: imo constat in Provinciis reliquis, etiam in Italia, non tantum Episcopos omnes a Metropolitanis, sed & Metropolitanos ipsos ab Episcopis cuiusque Provinciæ, fuisse ordinatos.

200. Alterum jus Patriarchicum, jus *convocandi* Concilium Dicecesanum itidem non extra Provinciarum suburbicarum limites exercere poterat, nec reperietur, Pontificem Romanum, jure Patriarchatus, ex toto Occidente Synodum convocasse: Et si quando numerosas, imo & generales convocavit Synodos, id non Patriarchatus, sed Primatus jure & auctoritate fecit.

201. Sed mox pro amplificandis Dicēceſeos pariter ac Potestatis Patriarchalis finibus laborare coepit Pontifex Romanus, atque adeo jura, non nisi Patriarchatus virtute ipsi competentia, etiam extra Patriarchalis Dicēceſeos limites exercere conatus est: Unde & media convenientia, cumprimis speciem juris divini, aut salutis Ecclesiæ, habentia, circumspexit.

202. Hinc

202. Hinc primum prærogativam Patriarchatus Romani non a solo veteris Romæ, ceu Imperialis Sedis, titulo, repetere, sed & auctoritatem *Sedis Apostolice*, cum primis B. PETRI ceu *Principis Apostolorum*, qua Ecclesia Romana, ex commuui opinione, dudum gavisa fuerit, in subsidium vocare, visum.

* Not. 1. Jam in Concilio *Sardicensi* auctoritatem PETRI Apostoli ab OSIO Episcopo Cordubensi in memoriam revocatam.

2. INNOCENTIVM I. istremum magnitudinis Romanæ Propugnatorem, fundamentum suæ prætensionis in eo collocasse, quod *Occidentis Ecclesiæ* vel a PETRO vel ab ejus in *Sede Romana* Successoribus instituta essent: unde colligendum, omnes illas Ecclesiæ moribus Ecclesiæ Romanæ esse subjiciendas.

3. LEONEM I. perpetuo *Sedem PETRI Principis Apostolorum* extulisse, cui, ut *Apostolorum omnium summo, principaliter curam universæ Ecclesiæ Christus commisisset*, his verbis; *Tu es Petrus, &c.* qui adeo fuisse constitutus *quodam quasi caput, Petra sacratissima*, cuius *potestatem qui tentaret infringere, esset ejus petre firmitatem nimis impia presumptio violare*.

4. Reverentiam quoque *Apostolice Sedis* urgeri in Lege VALENTINIANI III. in favorem LEONIS latæ.

203. Initium proferendæ Potestatis ac speciatim Jurisdictionis factum a suscepione Judicij, vel per modum Revisionis, vel per modum Appellationis provocatione interposita, ad Praesulem Romanum, ex aliena provincia delati: privilegia allegando Ecclesiæ Romanae, id indulgentia, ut licet a Judiciis Episcoporum Romam appellare, ibique posset decerni, ut judicium renovetur, & novum causæ examen instituatur.

Not. 1 Factum hoc a ZOSIMO, Praesule Romano, in causa Apiani Presbyteri, in Africa depositi; freto scil. Concilio Sardicensi, pro Niceno venditato, in quo hoc Sedi Romanae privilegium esset tributum, ut, si quis Episcopus judicatus fuerit in aliqua causa, aut de loco suo dejectus, licerei ipsi confugere ad EPISCOPVM ROMANVM, facta huic potestate renovandi judicium, & dandi judges ex vicina provincia, qui causam juxta fidem veritatis definirent, aut mittendi quoque e latere suo Presbyteros, habentes ejus potestatem, a quo destinati essent: Deberi autem id consilio OSII Episcopi Cordub. Sancti PETRI Apostoli memoriam honorandam, suadentis.

2. Concilium Sardicense privilegium non Appellationis proprie dictæ, sed Revisionis tantum concedendi Episcopo Rom. tribere.

3. Idem

3. Idem Concilium nec ab Africanis agnatum,
nec factum ZOSIMI ejus decreto fuisse con-
forme.

4. Simile quid factum a Successore LEONE I.
itidem recipiendo *Appellationem* ex aliena Pro-
vincia atque Metropolitanum evocando: quod
factum etiam probavit VALENTINVS III.
lege sancta, omnibus Galliarum Episcopis, &
univeritati Ecclesiarum toto Occidente, *reve-
renia Apostolicae Sedis*, Episcopi judicium sub-
eundum.

204. Inprimis vero præclarus ab Episco-
po Romano adinventus fuit modus Diœ-
cesin suam ac Potestateim Patriarchalem
amplificandi, atque Episcopos alios sub-
jugandi, per *Vicariatus Sedis Romanae*, pas-
sim in Provinciis Occidentalibus stabilitos;
dum Episcopis potentioribus sed longe dis-
tis mira arte novam veluti potestatem, vi-
ce sua, i. e. vice APOSTOLI PETRI, jura
Episcopalia aut Metropolitanana in Provinciis
suis exercendi, largiebatur.

Y 4

* Qua-

203. SPANH. *Hist. Chrift. Sec. IV.* p. 876. 910. 986.
987. DV PIN l. c. Diff. II. Cap. I. §. 3. P. de
MARCA de C. S. & L. L. VII. C. 4. §. 6.
KEWFFEL l. c. 18. 19. 20.

* Quales erant *Thefflonicensis*, ad limites jurisdictionis Patriarchicæ adversus Constantinopolitanum custodiendos constitutus; qui licet insigni jam auctoritate polleret, nec vicariatu Episcopi Romani opus haberet, ad res quascunque sacras expediendas, nihilominus hujus artibus inductus Vicariatum talem, eumque hereditarium, sibi imponi passus est: itemque *Arelatensis*, jurisdictionis Romanæ per Gallicanas Ecclesias stabiliendæ causa constitutus: quos plures alii sequuti sunt.

** Arrogabant sibi Episcopi Romani hanc potestatem Vicarios in exteris Ecclesiis constitueri, virtute *sollicitudinis universalis* pro omnibus gerendæ, sibique in cathedra B. PETRI sedenti competentis; quam & agnoscebant Episcopi, qui honori sibi ducebant, vices B. PETRI in suis diœcesibus gerere.

*** Concedebant autem his Vicariis suis in primis potestatem 1) dandi litteras *formatas & communicatorias* Episcopis ultra Alpes peregrinaturis; 2. *Concilia generalia & diœcesana* ex pluribus provinciis indicendi, atque adeo Metropolitanos ad ea convocandi; 3. de *causis Episco-*

204. M. ANT. de DOMINIS de Republ. Eccles. L. 4. C. XII. §. 23. ST. BALVZ. ad P. de MARCA de Conc. Sac. & Imp. L. 5. C. XIX. §. 2. BOEHMER J. Eccles. Protest. L. 1. T. XXX. §. 5. KEVFEL l. c. 25.

piscoporum cognoscendi, easque Romam ad ejus Patriarcham evocandi.

Quod insigne artificium erat, quo Episcopi Romani extraneas Ecclesias sibi subiectebant. Ita enim factum, ut vel jura Episcoporum extra-neorum exarchica aut metropolitana per Vicarios sibi vindicarent Episcopi Romani, vel saltem eos inducerent, ut potestatem, quam jure proprio in suis Provinciis exercere poterant, auctoritate Episcopi Romani exercecerent.

205. Sed & *Jus ordinandi* Episcopos idoneum videbatur medium proferendæ potestatis Patriarchalis; quod cum antea Metropolitanorum esset, deinceps sibi ita arrogabat, ut primum Vicariis quoque suis veteret, ne ullam ordinationem in Ecclesiis Vicariatus sui inscio se vel invito, fieri patenterunt: successu vero temporis per universum Occidente ordinandorum Episcoporum potestatem non sine multa contradictione sibi vindicaret.

106. Accessit novum artificium, ad dilataandas potestatis Patriarchalis fimbrias, atque Metropolitanæ Ordinationum jura ad se trahenda, accommodatum: *Concessio nempe Pallii*; quod erat indumentum Imperatorium, Patriarchis quidem ab imperatoribus etiam concessum, & ab his deinceps

Y 5

ceps

205. DV PIN l. c. Diff. I. §. 12. p. 65. 66.

ceps aliis quoque in primis Vicariis suis,
sed non nisi ex gratia Imperatorum, con-
cedi solitum.

207. Hoc igitur indumento Metropolitanos
ornando Patriarcha Romanus eos-
dem Vicarios suos constituit, & potesta-
tem, plena auctoritate Episcopos suæ Pro-
vinciæ ordinandi. largiebatur: quin & ne-
cessitatem istud impetrandi omnibus tan-
dem Meropolitanis imposuit, interdicen-
do iis omnibus functionibus Episcopalibus,
donec pallium receperint, ac juramento
fidei ipsi se obstrinxissent; quo pacto Me-
tropolitanos omnes sibi subjicit.

208. Non exiguum quoque prærogati-
vam Præfules Romani quæsiverunt in for-
mula; *in pariem vocati sollicitudinis non in*
plenitudinem potestatis, quæ primum LEO I.
Pontifex, ad coercendam vicariam The-
salonicensis Episcopi potestatem, usus est,
deinceps vero, ad omnes Episcopos suæ
potestati subjiciendos, Pontifices Romani
abusi sunt.

209. Ceterum inter Romanum & Con-
stantinopolitanum Patriarchas perpetua
gli-

206. 207. DV PIN Diff. I. §. 12. p. 66. SPANHEM.
I. c. Sec. VI. p. 109. BOEHMER J. Eccles. L. I.
T. VIII.

208. KEVFFEL I. §. 26.

gliscet aemulatio; & cum primis Oecumenici titulum, huic a IVSTINIANI Imperatore tributum, ille concoquere non poterat. Proinde licet GREGORIVS M. hunc titulum prorsus damnasset, BONIFACIVS tamen III. non prius acquiescebat, quam a PHOCA Imperatore Sec. VII. obtineret decretum; solum Romanum Pontificem, solum Romanam Ecclesiam, sive Sedem Apostolicam B. Petri Apostoli, Caput esse omnium Ecclesiarum.

* Not. 1. Oecumenici epitheton familiare fuisse Græcis, ut *Synodos* dixerint Oecumenicas, quæ ex variis Romani Imperii partibus, licet non ex Orbe toto coactæ fuerint, quin & ipsum Romanum Imperium vnuisse nomine τῆς Οικουμένης, quasi reliqua Orbis partes pro non habitatis, aut pro nullis haberentur.

2. Dudum antea Oecumenici titulum non solum Constantinopolitano Patriarchæ, sed & Romano & Alexandrino, datum esse. Sic in Concilio Chalcedoneus lectos supplices libellos, inscriptos Oecumenico Patriarchæ magna Rome LEONI; & in Synodo Ephesina DIOSCORO itidem Episcopi Oecumenici titulum tributum esse. Solemne vero fuisse istis temporibus hoc titulo salutare Episcopos maiores, qui communicatis

CON-

209. SPANH. l. a. Seco. VII. p. 192. seq. KEVFFEL.
§. 27.

consiliis, Ecclesiae universalis curam gerebant,
distinguenter a minoribus.

3. GREGORIVM vero, titulum *Oecumenici* esse
Antichristianum, & Episcopum eo utentem *præ-*
cursorem Antichristi, pronunciasse.

4. Contulisse PHOCAM hunc titulum BONI-
FACO, tum in odium *Cyriaci*, Patriarchæ
Constantinopolitani, quod restitisset manus
Imperatori injecturo, tum in favorem Bonifa-
cii, Phocæ adulatoris.

210. *Æmulationis inter Romanum & Con-*
stantinopolitanum Antistites consequens erat
etiam primo infastum inter Occidenta-
lem & Orientalem Ecclesiam enatum *Schis-*
ma, cui ansam præbebat cultus imaginum,
a Constantinopolitano probatus, a Roma-
no vero damnatus; deinde & denegatum
Imperatori a Romano Episcopo obsequi-
um; quo id obtinebat, ut, ab omni nexu
solutus, is libere in Ecclesia Occidentali tri-
umpharet.

211. Mox & occasio Episcopo Romano ena-
ta circa transferenda *Regna & Imperia* aucto-
ritatem aliquam sibi arrogandi: dum con-
silio & auctoritate ZACHARIAE CHILDE-
RICVS Francorum Rex de throno regio
de-

210. KEVFFEL l. c. §. 28.

211. SPANHEM. H. Chr. Sec. VIII. RECHENB. Sec.
VIII. p. 225. KEEFFEL §. 29. 30.

deturbatus, inque Monasterium detrusus,
PIPINVS autem in thronum elevatus; a
LEONE III. vero CAROLVS M. IMPER-
ATOR ROMANORVM & AVGVS-
TUS proclamatus & coronatus fuit.

212. Sed & occasio Episcopo Romano
enata est, Principatum Potestate inque fe-
culariem, ex donationibus PIPINI & CA-
ROLI M. consequendi.

213. Idoneum porro instrumentum, sta-
biliendæ in exteris quoque provinciis po-
testatis Episcopi Romani, evasit BONIFA-
CIVS, Germanorum Apostolus dictus, qui
tanquam Legatus Pontificis Rom. & Vica-
rii Apostolici potestate instructus, ad
omnes Galliæ Germaniæque Ecclesiæ able-
gabatur, beneficio Palli concessi potissimum
inducebat, ut sponderent, se unitatem &
subjectionem Romanæ Ecclesiæ finetibus velle
servare, atque Sancto Petro, & Vicario ejus
subjici.

214. Simile instrumentum evehendæ
Potestatis Papalis siebat Impostor ISIDO-
RVS MERCATOR, qui novæ suæ Cano-
num collectioni varias inferuerat *epistolæ*
decretales, Episcopis Rom. primorum fe-
cu-

212. SPANH. H. Chr. Sec. VIII. p. 1282. 1289.

KEVFFEL §. 29. 30.

213. KEVFFEL §. 31. 32.

culorum affectas, variorum jurium indices; ex quarum præscripto, inter alia, *causæ maiores* ad cognitionem pertinent Episcopi Romani, qui adeo harum obtentu præcipuas Regiuninis Ecclesiastici partes sibi asseruit.

* Not. Abusum hujusmodi decretalibus in primis NICOLAVM I. atque novum inde *Jus Ecclesiasticum* confinxisse: cuius specimen regula; *Episcopum a Synodo provinciali, in consilio Romano Pontifice, deponi non posse*: fundamen-
tum vero in falsa IVLI decretali conspicuum, apud GRATIAN. Causs. 3. qu. 6. can. 9. non oportere præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari, quia sancta Romana Ecclesia prima & caput se ceterarum &c.

215. Nova quoque a Sec. IX. in primis honoris insignia sibi sumferunt Episcopi Romani: Voluerunt nempe, adventanti-
bus sibi in provinciam quandam ab Episco-
pis occurendum esse; Papæ titulum, antea
omnibus Episcopis communem, sibi solis
tribuendum; novum VII. Episcoporum
Cardinalium ab iis institutum, inter Patri-
archas se non amplius numerandos, Prin-
cipa-

214. KEFFEL §. 33.

215. KEFFEL §. 35.

cipatum potestatis super omnes Ecclesiæ Romanæ tribuendo.

216. Novum porro medium subjugandi orbem Christianum ex falsis Epistolis decretalibus a Nicolao I. exsculptum ; *Legatorum* cum jurisdictione in provincias millio, qui amplissima potestate instruēti largissimis quoque procurationum sumtibus excipiendi vice Pontificis, visitarent Ecclesias.

217. Quod diu ante moliti erant Episcopi Romani, id *HILDEBRANDVS*, sive *GREGORIVS VII.* Papa tandem perfecit: quippe cuius nefariis ausibus Regimen Pale Monarchicum, vel potius Tyrannicum, ad summum evectum est fastigium; siquidem eo vesaniæ progressus est, ut non solum *HENRICVM IV.* Imperatorem excommunicatum regno privaret, sed etiam Dictatus fastuosissimos pro stabilienda Hierotyrannide sua, in Concilio Romano, in Basilica Lateranensi congregato, publicaret.

* *Dicitus* isti erant sequentes :

- I. *Quod Romana Ecclesia a solo Domino su fuit data.*
- II. *Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur universalis.*
- III. *Quod ille solus possit deponere Episcopos, vel reconciliare.*

IV. *Quod*

- IV. *Quod Legatus ejus omnibus Episcopis praesit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis dare possit.*
- V. *Quod absentes Papa possit deponere.*
- VI. *Quod cum excommunicatis ab illo, inter cetera, in eadem domo debemus manere.*
- VII. *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere. & e contra, divitem Episcopatum dividere & inopes unire.*
- VIII. *Quod solus possit uti imperialibus insigniis.*
- IX. *Quod solius Pape pedes omnes Principes deculentur.*
- X. *Quod illius solius nomen in Ecclesia recitetur.*
- XI. *Quod unicum est nomen, in mundo, Papæ videlicet.*
- XII. *Quod illi liceat Imperatores deponere.*
- XIII. *Quod illi liceat de Sede ad Sedem, necessitate cogente, Episcopos transmutare.*
- XIV. *Quod de omni Ecclesia, quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.*
- XV. *Quod ab illo ordinatus, alii Ecclesie praefesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorum gradum accipere.*
- XVI. *Quod nulla Synodus, absque praeceptio ejus debet Generalis vocari.*
- XVII. *Quod nullum capitulum nullusque liber canonicus habeatur, absque illius auctoritate.*
- XVIII. *Quod sententia illius a nemine debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit.*
- XIX. *Quod a nemine ipse judicari debeat.*
- XX. *Quod*

- XX. Quod nullus audeat condemnare ad Apostolicam sedem appellantem.
- XXI. Quod maiores causæ cuiuscunque Ecclesie ad eum referri debeant.
- XXII. Quod Romana Ecclesia nunquam erraverit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit.
- XXIII. Quod Romanus Pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur sanctus, testante S. Ennodio, Papiensi Episcopo, & multis S. Patribus faventibus, sicut in decretis beati Symachi Papæ continetur.
- XXIV. Quod illius præcepto & licentia subditis liceat accusare.
- XXV. Quod absque synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.
- XXVI. Quod catholicus non habeatur, qui non concordat Romane Ecclesie.
- XXVII. Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.
- RECHENBERG. Hist. Ecclef. Period. IV. C. I. Sec. XIII. §. 43. 44. Idem Diff. de Totat. Hildebr. §. 50. sqq. Autor. Introd. ad Ius Publ. L. V. Cap. III.
217. Præterea & Investituras Episcoporum per baculum & annulum, usque adhuc, per aliquot secula, ab Imperatoribus & Regibus peragi solitas, in Synodo Romana A. 1078. primum Episcopis & Abbatibus, sub pena nullitatis & excommunicationis, deinde

inde & Imperatoribus & Regibus, in Synodo Romana A. 1080. sub ejusdem poenæ comminatione, prohibuit.

GRATIAN. Decr. Caus. 16. qu. 7. can. 12. & 13.

KEVFFEL §. 38. Autor. Intr. Publ. I. c. §. 7.

218. Licet autem HENRICI IV. & v. aliquamdiu fortiter pro iuribus Imperii pugnarent, tamen post varias concertationes, & tentatas aliquoties transactiones, HENRICVS V. tandem cum CALIXTO II. in Comitiis Wormatiensibus a. 1122. ita transigere coactus fuit: ut Imperator Pontifici cederet Investituram per baculum & anulum, atque canonicam eorum electionem & liberam consecrationem admitteret; Pontifex vero vicissim electiones in praesentia Imperatoris fieri, ab eoque in casu dissensus judicium interponi, electum denique ab eodem regalia per sceptrum recipere, nec prius ordinari, concederet.

Autor. Intr. ad I. Publ. I. c. §. 7. KEVFFEL I. c.

§. 40. IO. GVIL. HOFFMANN Dissert. ad Concordat. Henrici V. & Callisti II. de Investiture Episcoporum & Abbat.

219. Crevit igitur in immensum potentia Papalis: arrogarunt sibi Pontifices non solum jus ferendi leges ecclesiasticas, ac dispensandi circa divinas, cum universa jurisdictione in omnes clericos & res ecclesiasticas, quin & nonnullas laicorum causas; sed etiam supremum dominium in bona eccl.

obi.

cle.

clesiaſtica, dum & jus capiendi in obilia Episcoporum & Prælatorum, ac prouentus anni emortualis, quod Imperatoribus Regali nomine competebat, iis eripere, & per Germaniam per ſuntus confirmationum & palliorum, item annatas, aliaque, pecunia emungere, non dubitarunt.

Autor. I. Publ. l. c. 10.

220. Sed non fatiserat Episcopis Romanis, ſummam Potestatem ac dominatum in ecclesiasticis ſibi arrogasse, verum & Majestatem Civilem Ecclesiastica potestati ſuæ nefario auſu ſubjicere, atque adeo, exemplo GREGORII VII. Imperatores quoque excommunicationis fulmine ferire, & ſubjectos a fidelitatis & obsequii vinculo abſolvere, non verebantur.

Cap. 6. X. de Majorit. & Obed. ibi: Ad firmamentum cœli, h. e. universalis Ecclesia, fecit DEUS duo luminaria, i. e. duas instituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis auctoritas & regalis potestas. Sed illa quæ præfet diebus, i. e. spiritualibus, major est, quæ vero carnalibus, minor: ut quanta est inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges diſſerentia cognoscatur.

ART. VII. DE REGIMINE ECCLESIAE
SVPREMO IMPERATORVM ET REGVM.

221. REGIMEN Ecclesiæ SVPREMVM a tempore Seculi IV. IMPERATO-

RES Christiani jure meritoque sibi vindicarunt, atque adeo potiora summæ Potestatis jura circa Sacra, non obstante Regimine Metropolitano & Patriarchali, strenue exercuerunt: licet sequioribus potissimum Seculis per *Regimen Papale*, vel, si mavis, per Hierotyrannidem Pontificis Romani istud non parum labefactatum sit.

222. Auspiciatus est Regimen hujusmodi **CONSTANTINVS M.** ex quo Christiana Sacra amplexus est, dum, Gentilismo extirpato, curam ac directionem Religionis & Ecclesiae Christianae suscepit: unde & *Communis Episcopus* ab **EVSEBIO** dictus, & ipse se *Episcopum* appellavit *externorum*, in iis scilicet quæ extra limites functionis sacerdotalis essent, atque ad externam Ecclesiae constitutionem, gubernationem, *euangelizav*, tum circa res, tum circa personas ecclesiasticas, facerent:

EVSEB. de *vita Constant.* L. IV. C. 24.
SPANHEM. Hist. Christ. Sec. IV. p.

223. Hinc & publicum religionis exercitium, & templa a Gentilium superstitione purgata, Christianis concessit.

224. Idem & Ius convocandi *Concilia Oecumenica*, exercuit; quorum primum fuit *Nicenum*, quod convocavit, severa addita comminatione, adversus illos, qui spreto mandato Imperatoris, adesse Synodo noluerint: Præsidis quoque Secularis officio

ficio ipse , licet adhuc catechumenus , in iis functus est , Ecclesiasticum vero ex Episcopis aliquem constituit.

225. Idem *Legislatoriam* potestatem circa Sacra exercuit , dum Leges Ecclesiasticas varias , de Fide , Hæresibus , Episcopis , Ecclesiis , tulit , & præterea Canonibus ecclesiasticis & Conciliorum decretis vim Legis addidit ; uti ex Constitutionibus in Codice utroque extantibus constat .

226. Idem & Potestate *Judicaria* in causis ecclesiasticis usus est , dum Iudices hujusmodi causarum constituit , modo Synodos modo Episcopum Romanum , modo Præsides Provinciarum ; ut & contumaces clericos coercent aut deponerent , atque lites clericorum etiam coram Seculari Tribunali componere jussit ; sed & appellations in causis ecclesiasticis usu receptas admisit , & Episcopos restituendos aut constituendos suo consensu confirmavit .

227. CONSTANTINI exemplum sequuti non solum filii ipsius , sed & Successores reliqui in Imperio Romano , quorum prima fuit cura Ecclesiæ & Religionis ; adeo ut de THEOPOLIS M. testentur scriptores , majorem hunc Ecclesiæ , quam Imperii , curam gesisse : sicut & varia Concilia convocarunt , & eorum acta edictis suis , exemplo MARCIANI Imp. confirmarunt , & Constitutio-

nes Ecclesiasticas, exemplo THEODOSII & IVSTINIANI, promulgarunt.

228. Eodem jure eademque auctoritate *Franci Germanique Imperatores & Reges, CAROLVS M. HENRICVS I. OTTO M. HENRICVS II. & III. IMO & LOTHARIUS FRIDERICVS I. & SIGISMUNDVS*, in celebratis variis *Conciliis*, in quibus multa adversus dissentientes in fide, de ritibus & disciplina Ecclesiastica definita, usi sunt.

229. Porro & *Legislatoriam potestatem circa Sacra exercuerunt Francici Germanicique Imperatores & Reges*, quorum *Leges de rebus sacris & ecclesiasticis*, tum in Capitularibus Francorum, tum in aliis Constitutionum Imperialium collectionibus passim extant.

230. *Iudicaria quoque potestas in sacris penes Imperatores Regesque Francos & Germanos fuit*; apud quos *Iudiciorum Ecclesiasticorum ratio fere hæc erat*: *Episcopi in clericos & monachos jurisdictionem exercebant*; de Episcoporum vero, aliorumque provocantium clericorum causis, in Synodo, quam Metropolitanus convocabat, judicatum est; sed utrumque non nisi auctoritate Regia.

231. *Missis etiam Regiis judicium quod-dam in Episcopos & Abbates competebat*, supre-

suprema vero provocatio ubique *Regi* reservata erat, qui vel in conventibus Populi, vel solus, vel per Apocrisiarium, causas ecclesiasticas terminabat; quamvis regnante CAROLO M. iam PONTIFICIS ROM. judicium, Episcopis dejectis, aut inter se litigantibus, patefactum sit; quo tamen non obstante, ipse Pontifex Imperatorum iudicio obnoxius manxit.

232. Ius *constituendi* per *electionem* *Ministros Ecclesiae & Episcopos* initio quidem penes totam Ecclesiam, h. e. *Clerum & Populum* fuit, uti superius observatum est: sed a CONSTANTINI M. tempore *Imperatores Rom.* jus, quod summam imperium ipsis hac in parte tribuebat, sibi vindicarunt, & circa *electionem* tum *Pontificis Rom.* tum ceterorum *Episcoporum*, auctoritatem suam ita interposuerunt, ut non prius ordinarentur, quam ab Imperatoribus essent confirmati; interdum vero etiam citra electionem eos ipsi constituebant.

233. Idem exemplum sequuti *Francici Germanique Reges & Imperatores*, qui præsertim a CAROLI M. ætate haud passi sunt, quemquam in *Episcopum* aut *Abbatem*, sub quorum cura etiam Scholæ erant, sine sua auctoritate & confirmatione promoveti: nonnunquam & sine cleri populique suffragio, Episcopos æque constituerunt.

234. Hoc jus uti Imperatoribus in Eccl-

clesis terrarum suarum, vi summi imperii, competebat: ita speciatim jus constituendi *Pontificem Rom. & Episcopos* ditionis Romanæ CAROLO M. ab HADRIANO, & OTTONI M. atque Successoribus a LEONE per peculiaria pacta firmatum est; quod & Imperatores postea ad HENRICVM IV. usque semper exercuerunt.

235. Cum vero constitutio Episcoporum tribus fere actibus absolvatur: *Electione, Investitura & Consecratione*, circa duos priores quidem Imperatores semper ad HENRICVM IV. usque jure suo usi sunt; postremus vero a Clericis tantum exerceri solitus est.

236. Circa *Electionem* Ius Imperatores dupli modo exercuerunt; aut enim ipsimet absque aliorum suffragio eam immediate perfecerunt, aut jus eligendi aliis concederunt, sed salvo iterum dupli jure; uno, ut facultas eligendi a Rege impetranda esset, altero, ut Regi liceret electum, prævio examine, vel probare, vel rejicere, aliumque vel immediate, vel per alios, elegere, probatumque per investituram confirmare, atque solenni jurejurando sibi obstringere.

237. *Investitura* per traditionem annuli & baculi peracta, eademque simul ipsa Ecclesiæ & sacri munieris collatio facta & significata est; atque hoc jus Imperatores ad

ad HENRICVM IV. usque semper sibi assi-
ruerunt, scilicet tum electum certae Ecclesie
addicere & annulo veluti despōnare,
tum potestatem pastoralem, seu jurisdictionem
ecclesiasticam, per baculum ei con-
ferre.

227. Cum jure constituendi Episcopos
conjunctum fuit jus indignos *removendi*,
quod itidem penes Imperatores *Romanos*
Germanicosque fuit; quamvis non sine E-
piscoporum aliorum consensu facile istud
exercerent.

228. Præterea hac etiam in parte curam
sacrorum gesserunt Imperatores *Romani* &
Francici Germanicique, quod non solum
Ecclesiæ & Monasteria Scholasque fundarunt,
nec non templo & oratoria, aliaque ædificia
sacra extruxerunt, sed etiam *rebus ac bonis*
necessariis, s̄epe etiam superfluis, dotarunt
ac immunitatibus ornarunt, de administran-
dis quoque illis solliciti fuerunt, denique
ex summa potestatis arbitrio de rebus fa-
cīs & ecclesiasticis disponuerunt.

229. Cum primis jus istud, quod vulgo
Regalia dicitur, Imperatoribus Germanicis
antiqua consuetudine competit, vi cuius,
fede vacante, & *fructus* beneficiorum, &
mobilia defuncti Prælati occupabant: illos
jure dominii directi, hos jure bonorum
vacantium: quod & ad OTTONEM IV. us-
que exercuerunt.

230. Denique Protectionem ac defensionem Ecclesiæ suscepérunt Imperatores, atque hoc nomine *Summi Advocati* totius Ecclesiæ Christianæ, uti in specie Romanæ, a tempore CAROLI M. salutati sunt.

231. Ex dictis liquet, summam Potestatem circa sacra usque adhuc penes Imperatores fuisse; & quamvis nonnulla ejus iura non sine consensu statuum vel Episcoporum in Comitiis vel Conciliis Synodis ve exercuerint, summum tamen arbitrium statuendi ac decernendi penes ippos manasse.

232. Sed ab HENRICI IV. & v. tempore hæc Cæsarum potestas maximam mutationem jacturamque passa est; dum Episcopi, opibus & seculari potestate aucti, Imperatoris potestati se subducere conati sunt, & in primis *Pontifex Rom.* magnam potestatis circa sacra partem sibi arrogare ausus est, initio ab *investitura* Episcopali facta, cui dein alia iura accelerunt.

213 - 232. v. *Autor Introd. ad Jus Publ. R. G. Lib. V. Cap. II. §. 4. & seqq.*

F I N I S
S. D. G.



INDEX RERVM

A.

- Abates monasteriorum*, quando innotuerint? p. 282. §. 41.
- Abbatissae monasteriorum*, quando innotuerint? p. 282. §. 39.
- Absolutio peccatorum*, vel reconciliatio cum ecclesia, Sec. II., quid? p. 244. §. 71. quomodo facta? p. 245. §. 73.
- Academie Indexorum*, quid? p. 118. §. 184. quomodo adaptatae. ibid. §. 185. personæ ad has necessariæ ib. §. 186. modus in his docendi p. 119. §. 187.
- Acoluthi*, quando orti? p. 224. §. 14. horum officium in ecclesia latina p. 279. §. 30.
- Acroasis*, quid? p. 242. §. 66.
- Adoratio*, quid? p. 30. §. 16. n. 1.
- Aedes disquisitionis*, quæ? p. 98. §. 137.
- Aedes sacra*, quid? p. 62. §. 41.
- Agapæ*, junctæ cœnæ sacræ, quid? p. 214. §. 352. Sec. II. & III. p. 259. §. 110.
- Agnus paschalis*, describitur. p. 90. §. 114.
- Amicitia*, homini cum Deo intercedens, in quo consistat. p. 23. §. 15. est inæqualis p. 24. §. 16.
- Amor Dei*, quid? p. 27. §. 8. qualis esse debeat? ibid. §. 9. per quid se exerat. ibid. §. 10. est triplicis generis ratione intellectus. p. 28. §. 12. scilicet unionis, ibid. n. 3. fiducialis p. 29. n. 4. &c obedientie. ib. n. 7.

Aa 2

Amor

INDEX RERUM.

- Amor Dei naturalis*, imperfectus p. 33. §. 26.
- - erga homines, quid? p. 14. n. 4.
- - mutuus dei & hominis efficit, ut alter alterius bonum promoveat. p. 23. §. 15. *
- Anagnosæ*, quando orti? p. 224. §. 13. legebant ordinarie in conventibus sacris p. 260. §. 113.
- Angelus ecclesæ*, qui ita vocatus. p. 283. §. 43.
- Annus Sabbaticus*, qualis fuerit? p. 96. §. 131.
- Antistites*, quomodo ecclesiasticam disciplinam exercuerint? p. 105. §. 108.
- Apostatae*, qui Sec. II. & III. fuerint, & quales? p. 228. §. 26.
- Apostoli* sic dicebantur legati ecclesiarum p. 295. §. 72. his præsertim eccles. Rom. utitur. ib. §. 74.
- Apostoli*, *duodecim*, a Christo creati p. 124. §. 11. an statum ecclesiarum christianarum formaverint? p. 139. §. 12. erant doctores universales p. 154 §. 35. eorumdem munus. p. 155. §. 36. dicuntur Christi legati ib. ecclesiam gubernandi habuerunt potestatem p. 155. §. 37. prærogativis gavisi sunt præ ceteris p. 156. §. 38. n. * fuerunt omnes æquales ibid. §. 39. apud hos erat regimen ecclesæ p. 181. §. 85. gubernarunt ecclesias p. 182. §. 87. inter illos nulla prærogativa p. 182. §. 86. an ab his canones & constitutiones ita dictæ profectæ? p. 185. §. 93. faciebant decreta de credendis & agendis p. 185. §. 94. seqq. potestatem a Christo nacti ecclesiae ministros constituendi p. 186. §. 98. id quod non sine totius ecclesiae consensu fecerunt p. 187. §. 99. quomodo exercuerint disciplinam ecclesiasticam? p. 192. §. 104. præstebant presbyteriis p. 198. §. 117.
- Arca libraria*, in Synagoga p. 100. §. 144.
- Archidiaconi*, quando exorti? p. 276. §. 23. officium eorumdem ibid. §. 24
- Archiv*

INDEX RERUM

- Archiepiscopi*, quando enati? p. 269. §. 10. eorumdem jura. p. 270. §. 11.
Archipresbyteri, quando in ecclesia christiana enati p. 274. §. 20.
Area, quid? p. 65. § 47.
Aisham, pro quibus peccatis judæi obtulerint p. 79. n. 4.
Atria in templo descripta, p. 64. §. 45. *interius*, quid comprehendenterit? p. 65. § 47. *exterius* p. 66. § 48. *mulierum* ibid.
- - *omnia* ambiebat mons templi p. 66. § 49.
Arrium, quid? p. 60. § 37.
- - *Sacerdotum*, quid in eo fuerit? p. 65 § 47.
Israelitarum, ibid.
Audientia episcopalis, quid? p. 312. § 123.
Auditores, quando plebis nomine & laicorum venerint? p. 225. § 17.

B

- Baptismus*, a Christo institutus p. 125. § 14. hujus solemnia quæ fuerint Sec. II. & III. p. 154. § 95. quis eundem hoc tempore derit p. 156. § 102. ejusdem ritus in ecclesia apostolica simplex p. 214. §. 354.
Beatitude hominum, in quo consistat? p. 19. § 13.
- - *interna*, quid? p. 19. ibid.
- - *externa*, quid ibid. Deus hanc intendere non potest non p. 21. n. 11.
Benedictio, hac finiebatur cultus Dei Synagogicus p. 114. § 176.
Bona ecclesiastica, quæ ita vocentur p. 3. §. 7.

C

- Candidati Christiani*, qui Sec. II. & III. ita dicti p. 226. § 22.
Canones apostolorum, an ab his profecti sint? p. 185. § 93.

A a 3

Can-

INDEX RERUM

- Cantores**, Sec. II. qui? p. 224. § 14.
canonici, quando constituti? p. 279. § 33
Capitula pœnitentialia, de quo testentur p. 306.
§ 107.
Caput familiae, sacrificandi munere apud Ebraeos
fungebatur p. 51. § 10.
Catechetae, quando constituti? p. 225. § 16. ho-
rum officium p. 280. § 36.
Catechumeni, qui ita dicti p. 225. § 19. an omnes
eodem loco habiti? p. 226. § 20.
Celebratio externa, quid? p. 30. § 16. n. 1.
Ceremoniae, cur Iudeis a Deo præscriptæ? p. 57.
§ 27
Chattaa, pro quibus peccatis obtulerint Judæi p.
78. n. *
Cheirothesia, qualis ritus p. 166. 1. 2. 3.
Cheirotonia, quid denotet p. 166. n. 1.
Chorepiscopi, quando constituti? p. 223. § 10.
quando innouerint in ecclesia orientali & lati-
na p. 273. § 18. horum officium p. 289. § 61. sqq
Christianus, quando hoc nomen ortum? p. 135.
§ 10. n. 1.
Christus, conditor ecclesiae novi testamenti p. 119.
§ 1. triplici officio conspicuus ibid. quo specta-
verit ejusdem doctrina p. 122. § 6. decrevit sibi
elgere novam ecclesiam p. 124. § 10. quot
discipulos sibi constituerit? p. 124. § 11. docet
orandi modum p. 125. § 12. ordinat quadam
instituta ad externum religionis exercitium per-
tinentia p. 125. § 13. item disciplinam ecclesia-
sticam p. 126. § 16. claves regni cœlorum aposto-
lis tradit p. 126. § 17. ejusdem regnum est spi-
rituale p. 129. § 22.
Circumcisio, symbolum foederis cum Deo p. 50.
§ 8. per hanc filii Israëlitarum in foedus gratiae
recipiebantur p. 75. § 71. Civi-

INDEX RERUM

- Civitas*, quid? p. 283. § 42.
Claves regni celorum, quid signent? p. 126. § 17
n. 1. 2. 3. &c quid apostolis per has concessum?
p. 193. n. *
- Clerici*, qui sub hoc nomine comprehensi? 218. § 5
horum poena Sec. IV. p. 300. § 58. relegati in
monasteria quando sint? p. 301. § 92
- - - *Laici*, hæc distinctio in apostolica ec-
clesia incognita p. 173. § 71. quanda hæc diffe-
rentia invaluerit? p. 218. § 5.
- Codex sacer*, N. & V. T. continet religionem re-
velatam p. 35. § 30. sq.
- Cœna dominica vel sacra*, a Christo instituta p.
125. § 15. unde ritus derivandus? p. 212. n. 1.
hanc præcedebant oblationes p. 213. § 352. huic
junctæ apagæ p. 214. § 353. in ecclesia apostol.
in singulis fere conventibus videtur celebrata p.
211. § 351. quomodo Sec. II. administrata p.
257. § 103. variis nominibus insignita ibid.
- Cœnacula*, quid ita dictum p. 114. § 177
- Cœnobia*, quæ loca ita dicta? p. 282. § 39.
- Cœncitio in ecclesia*, quid involvat? p. 44. § 31. ha-
bebat Sec. IV. suos gradus p. 298. § 82.
- - - *Synagogica* varios obtinuit gradus p. 104. §
157. n. 3. V. *disciplina eccles.*
- College* in academiis judæorum p. 118. § 186.
- Collegium apostolicum* formatum in ecclesia hiero-
solym. æquale p. 182. § 86.
- Communio bonorum*, in ecclesia hierosolymitana
ulitata p. 134. § 8.
- Competentes Christianismi*, qui Sec. II. & III. ita
dicti p. 226. § 22.
- Concordia œcuménica* convocat Constantinus M. p.
356. § 224.
- Concilium Hierosolymit.* & ejus decretum nomine to-
tius ecclesiæ factum p. 186. § 96. Con-

INDEX RERVM.

- C**oncilium provinciale, qualis conuentus p. 248. § 82
Conciones sacrae, a quo in Synagoga habitae p. 103.
§ 156, duplex harum genus obtinuit p. 182. § 168
- - in ecclesia apostolica v. 208. § 143. qui
has ordinarie habuerit p. 209. § 344. Sec. II. a
quo habitae p. 260. § 115. patrum erant simplici-
ces & perspicuæ p. 260. § 116.
Confissio publica, Sec. II. & III. consueta, qualis
actus p. 241. § 64.
Confessores, qui ita dicti? p. 241. § 64
Confederatio, qua nitebatur ecclesia apostolica,
p. 179. § 80. inter ecclesias particulares inter-
cedens p. 195. § 109. hujus effectus p. 196. § 111.
durabat adhuc Sec. II. p. 247. § 78.
Conventus sacri, in ecclesia apostolica, in quem fi-
nem instituti? 201. § 125. ad hos certa loca
constituti ib. § 126.
- - privati, post effusionem Spiritus Sancti
habitæ p. 202. § 130.
Conversi, qui ita appellati p. 281. § 39.
Convivia charitativa, vide *apage*.
Consecratio sacerdotum apud Judæos, quibus cere-
moniis peracta p. 69. § 57. peragebatur triplici
sacrificio p. 71. § 61.
Confessus ordinis ecclesiastici p. 232. § 38. in sin-
gulis exstitit ecclesiis p. 234. § 42.
Constantinus M. cur dictus communis episcopus p.
356. § 222. exercuit ius concilia cœcumenica con-
vocandi ib. § 224. legislatoriam circa sacra po-
testatem p. 357. § 226. iudicariam ib. § 226.
Constitutio Episcoporum, quomodo facta, p. 237
§ 49.
Constitutiones apostolorum, an ab his profectæ?
p. 185. §. 93.
Copiate, quando constituti & eorumdem officium
p. 280. § 34. Corona

INDEX RERUM

Corona presbyterii, quid ita dictum? p. 286. § 51.
Greatio testatur societatem inter Deum & hominem p. 13. § 2. 3. est fundamentum dependentiæ naturalis hominis a Deo p. 15. § 6

Cultus Dei, quid? p. 26. § 4. quod huius fundamentum ib. n. * quomodo dispescatur. p. 26. § 5. in congregatione plurium felicius procedit p. 38. § 7.

- *externus*, quid? p. 30. § 13. sine interno non sit cultus p. 32. § 19.
- *internus*, in quo consistat? p. 26. § 6. 7.
- *naturalis*, quotuplex p. 31. 17.
- *publicus* in ecclesia iudaica uni loco affixus p. 59. § 32.
- *publicus* & *privatus*, p. 32. § 21. ubi ambo locum habeant? ib. § 22
- *in ecclesia Iudaica* vel *publicus* vel *privatus* p. 75. § 73. ubi uterque peractus? ibid. §. 74. quotidianus *matutinus* p. 85. § 102. *vespertinus* p. 87. § 103. *Sabbaticus* & *festivus* p. 88. § 105 in quo constiterit? p. 88. § 107. *Synagogicus*, quomodo peractus p. 180. § 165.
- *in ecclesia apostolica*, quomodo peractus & ubi? p. 201. § 205. sq. p. 207.

Cura pauperum, hanc sibi vindicabant episcopi p. 236. § 4.

D

Dapes, ex quibus rebus loco sacrificioblatæ p. 80. §. 84. *Decreta*, de credendis & agendis ab apostolis facta, p. 185. §. 94.

Decretum concilii hierosolymitani, nomine totius ecclesiæ factum, p. 186. §. 96.

Decima, ex pecudibus & frugibus Deo oblatæ, p. 81. §. 91.

- *prima*, quæ ita appellata? p. 83. §. 95.

Aa 5

se-

INDEX RERUM.

- secundæ, ibid. §. 96.
- pauperum, p. 84. §. 95.
Defensores ecclesiæ, qui fuerint sec. IV. p. 280. §. 37.
Delicta, ob quæ Sec. II. & III. excommunicatio locum habuit. p. 239. §. 56.
Dependentia, alterius ab altero, quid involvat? p. 15. §. 4.
- hominis a Deo p. 15. §. 4. duplex. ib. §. 5.
Deprecatio, quid apud Judæos. p. 183. §. 172.
sec. II. & III. qualis actus? p. 242. §. 64.
Desertores, vel profugi, qui ita dicti? p. 227. §. 24.
Devotio, quid? p. 27. §. 11.
Deus, creator hominis, p. 13. §. 3. quale regnum habeat? p. 17. §. 9. exercet in hoc imperium p. 18. §. 11. non potest non intendere hominum salutem. p. 21. n. 11. eiusdem notoria quid involvat. p. 25. §. 3. a singulis quoque potest coli. p. 37. §. 2. cum populo iudaico foedus init p. 54. §. 21. leges ei dat ad radices montis Sinai. p. 55. §. 24. cur Israelitis varias præscriperit ceremonias? p. 57. §. 27. ipse potestatem circa sacra habuit in ecclesia iudaica. p. 58. §. 28.
Diaconi, in ecclesia apostolica videntur duplicitis generis. p. 170. §. 64. Sec. II. & III. quid? p. 223. §. 12. corundem munus ib. §. 13. horum ministeria successu temporis divisa. p. 224. §. 14. etiam ministri & levitæ appellati Sec. IV. p. 275. §. 21. eorum illo tempore officium. ibid. §. 22.
Diaconisse, in ecclesia apostolica. p. 172. §. 67. & adhuc Sec. 4. in usu p. 277. §. 23. diutius in græca, quam in latina ecclesia durarunt. ibid. officia earendem. p. 277. §. 26.
Dies conuersionis quales fuerint apud Judæos. p. 93. §. 121.

Dia-

INDEX RERVM.

Diæceses, quando ortæ. p. 266. §. 5. p. 271. §. 23.
quando coaluerint? p. 270. §. 20.

- - - *episcopales*, quæ ita dictæ? p. 285. §. 46.

Diprycha, quid? p. 236. §. 32. quorum nomina in
hæc relata. ibid. §. 33.

Disciplina arcani, talis sec. II. obtinuisse fertur. p.
263. §. 125.

- - - clericalis, quomodo sec. IV. comparata.
p. 299. §. 87. sec. V. collapsa. p. 204. §. 102. re-
vocari jubetur ad formam canonum antiquorum.
p. 305. §. 103.

- - - *ecclesiastica*, quid? p. 3. §. 9. quæ in stri-
ctiori sensu ita appelletur. p. 44. §. 31. qualis a
Christo instituta. p. 126. §. 16. obtinuit in ecclæ-
sia apostolica p. 188. §. 102. unde originem du-
xerit. ibid. eiusdem fundamentum. p. 189. n. 2.
diversimode exercita. p. 192. §. 104. ab aposto-
lis quomodo. ib. §. 105. ab antistitibus p. 195.
§. 108. a presbyteris, p. 199. §. 121. quomodo
sec. II. & III. comparata. p. 238. §. 52. seqq.
quomodo sec. IV. seqq. comparata? p. 297. §.
80. seqq. sec. VII. corrupta. p. 306. §. 106. sec.
IX. collapsa. p. 307. §. III. neglecta sec. X. p.
309. §. 116. & sec. XIII. p. 311. §. 119.

Discipuli, quod Christus sibi adsciverit? p. 123. §. 7.
LXX. ab hoc electi p. 124. §. II. eorum munus
p. 157. §. 40.

Docendi facultas, an in ecclesia apostolica libera
fuerit? p. 153. §. 34.

Doctor, in academias iudaorum, qui? p. 118.
§. 186. p. 107. §. 160.

Doctores ecclesiæ apostolice inter hos eminent XII.
apostoli. p. 154. §. 35.

Doctores & auditores, quando hæc differentia in
ecclesia orta? p. 42. §. 26.

Domi-

INDEX RERUM.

Dominica dies, in memoriam resurrectionis Christi instituta. p. 205. §. 135. quomodo celebrata. ibid. §. 137. in hac sec. II. & III. omnes convenierunt. p. 251. §. 90.

Dominica in albis, quæ dies ita vocata. p. 254. §. 94.

Domus priuatae, erant locus conventuum in ecclesia apost. p. 203. §. 131.

Doxologie, quid? p. 183. §. 170.

E

Ecclesia, quid? p. 2. §. 4. p. 36. §. 1. hujus fundatum religio. p. 12. §. 1. quid in sacro codice ita vocetur? p. 32. §. 20. consideratur vel secundum statum internum p. 39. §. 13. & est una p. 40. §. 16. sancta ib. §. 17. catholica. ib. §. 18. vel secundum externum & est visibilis. p. 40. §. 19. hujus regimen §. 20. p. 41. finis ib. §. 21. diversimode spectatus p. 42. §. 24. in re publica existens est vel privata p. 47. §. 45. vel publica. ibid. §. 44.

- *apostolica*, a quo fundata p. 131. §. ab initio fuit una. ib. §. 2. successu temporis plures ortæ p. 132. §. 4. secedit prorsus a judaica. p. 135. §. 10. ubi conventus sacros habuerit p. 201. §. 126. habuit opus regimine. p. 174. §. 72. an in hac docendi libertas libera fuerit. p. 153. §. 34.

- *Christianæ* vel novi testamenti, unde ita dicta. p. 39. §. 10. hujus conditor. p. 119. §. 1. quomodo differat ab ecclesia V. T. p. 120. n. quomodo enata sit p. 123. §. 8. hujus doctores & ministri. p. 124. §. 11. instituta. p. 125. §. 13. est societas æqualis. p. 129. §. 20. quomodo visibilis redditia p. 130. §. 24. an speciem rei publicæ referat? p. 146. §. 18. seqq. an in hanc sacerdotium cultusque sacerdotalis translatus sit p. 139. §. 14. an originem traxerit ex synagogis. p. 142. §. 15

INDEX RERUM

- § 15. an ex synedrio ejusdem regimen derivandum? p. 143. § 16. de ejusdem statu sec. II. & III. p. 216 seqq. de ejusdem regimine eodem tempore p. 231. seqq. de statu eiusdem sub imperatoribus Christianis sec. IV. ad sec. XV. p. 265. seqq. de ejusdem regimine speciatim episcopali a sec. IV usque ad XV. p. 282.
- *bierosolymitana* p. 131. §. 2. non proflus se ab initio separabat a iudaica. p. 133. § 5. habebat bona communia. p. 134. § 8. erat tanquam mater ecclesiarum. p. 196. § 110.
- *judaica* unde ita dicta. p. 38. n. 9. ex patriarchali effloruit. p. 52. § 12. de ejusdem membris & ministris p. 68. § 53.
- *patriarchalis*, quæ ita salutata. p. 48. § 2. sibi hanc Deus per foedus gratiæ constituit. p. 48. § 3
- *romana* huius facies sec. X. p. 308. n. 2.
- Ecclesia Christi* plures ortæ. p. 132. §. 4. de eam statu p. 136. § 11. de ordine & muneribus personarum in his. p. 148. § 21.
- *apostolicae*, harum membra § 68. p. 172. in his clerici & laici erant incogniti. p. 173. § 71. usæ sunt inter se literis p. 291. § 65. seqq. legatis p. 295. § 72.
- *confederatae* p. 266. § 5.
- *metropolitanæ* ortæ p. 268. § 86.
- Ejectio* Vide *Excommunicatio*
- Eleemosynarum cura*, cui demandata in ecclesia apostolica. p. 164. § 57.
- Encaniorum festum* p. 97. § 135.
- Episcopatus*, paulo altius surgit in ecclesia apostolica p. 222. n. *
- Episcopi* etiam presbyteri vocati p. 167. § 59. speciatim sic dicti quomodo exorti p. 168. § 61. qui a vno apostolico fuerint. p. 170. § 63. sec. II. emi-

nem.

INDEX RERUM

nentia quadam gaudere incipiunt, p. 221. § 7. eorumdem munus ib. § 8. seqq. eorum numerus successu temporis non parum auctus p. 222. § 9. 9. erant a presbyteris distincti p. 233. § 41. praeerant confessui ordinis eccles. p. 234. § 43. sibi solis adtribuerunt iura ministerii p. 234. § 44. jus baptizatos ungendi & confirmandi p. 235. § 45 curam pauperum, p. 236. § 47. administrabant regimen ecclesiæ ex tacito populi consensu p. 236 § 48. qui hos constituendi jus habuerit? p. 237 § 49. successu temporis sibi jurisdictionem ecclesiasticam arrogant p. 246. § 75. sensim maiorem autoritatem nacti sec. IV. p. 265. § 2. metropolitani dicti p. 268. § 6. ubi sedes suas habuerint p. 284. § 45. cuiilibet horum erat suum territorium p. 285. § 46. in his bene secernenda iura ministerii & iura regiminis episcopalnis p. 285. § 47. erant regiminis episcopalnis praesides p. 286. § 49. eorum iura p. 287. § 52. erant judices ecclesiastici suæ dioecesos p. 296. § 78. quando lites inter eos componi debuerint p. 305. § 105 quando inter eos subordinatio invaluerit? p. 318 § 140.

Epistole, per quas ecclesiæ inter se communicarunt, quotuplices p. 291. § 65.

decretales, quid his efficere voluerit pontifex. p. 316. § 137.

Evangelista, horum munus p. 157. § 41

Eucharistia V. sacra cena

Eulogia duplicitis generis erant p. 183. § 70.

Exarchi, qui ita dicti p. 271. § 14.

Excommunicatio, quid? p. 44. § 32. apud iudeos quotuplex p. 105.

membri ab ecclesia Christiana, qui gradus huius a Christo prescripti p. 128. § 18. seqq. publice

INDEX RERVM,

blica an a Christo præcepta p. 189. n. 2 in ecclæsia fuit in usu p. 190. a presbyteris peracta p. 200. § 122. in quo sec. II. & III. constiterit? p. 239. § 55. ob quæ delicta locum habuerit? ib. § 56. a quo facta ib. § 57. etiam integris ecclæsiis applicari coepit p. 247. § 79
- minor, quæ ita sec. IV. vocata p. 298 § 83
major ib. § 84

Exclusi siue *ejecti*, qui sec. II. & III. ita dicti p. 227
§ 24

Exomologesis, quid ita dictum? p. 241. § 63
Exorcista, qui ita dicti p. 224. § 14. quando certum ordinem constituere incoepint p. 279. § 31
Expiatio, qualem Dei justitia vindicativa requirat? p. 34. n. *

F

Festa, qualia sacrificia p. 76. § 75. ex quibus rebus oblata p. 80. § 83. duplicitis erant generis
ibid.

Festa, quot deus in ecclesia judaica constituerit p. 89. § 109. quid ad horum celebationem requisitum? ibid. § 110.

Festum anni jubilæi p. 97. § 133.

- - *buccinarum*, quod ita dictum p. 96. § 130
- - *encaniorum* p. 97. § 135
- - *expiationum*, quando celebratum p. 92.
§ 119. sanctissimum erat p. 93. § 129. quomodo ad hoc præparatio facta? ibid. § 121. & quando celebratum ibid.

- - *Purim* p. 97. § 134
- - *tabernaculorum*, quale? p. 92. § 117.

Fideles N. T. quomodo se distinxerint a judæis p. 134. § 7. quomodo primi Christiani ita dicti p. 135. § 10. n. 1. qui ita dicti sec. II. & III. p. 225
§ 18.

Fidu-

INDEX RERVM.

Fiducia, unde fluat p. 29. n. 6.

Filius Dei in variis apparitionibus internuncii munere functus est in V. T. p. 49. § 5.

Fædus gratiæ in ecclesia patriarchali init Deus cum hominibus p. 48. § 3. sq. p. 54. § 21. de hoc ineundo erat revelatio necessaria p. 49. § 4. officia ex hoc orta p. 50. § 6.

Formule precum a Christianis adhibitæ p. 210. § 347.

Fœssarii, quando constituti & eorum officia p. 280 § 34.

Fraternitatis jus inter ecclesiæ apostolicas p. 196. § III.

Functio sacerdotalis, in quo posita fuerit apud Iudeos p. 71. § 62.

G

Gloria Dei, quid? p. 19. § 13. *

Glorificatio Dei, quid? p. 28. § 12. n. 2

Gratiarum actio quid? p. 31. § 4. p. 183. § 170.

Gratitudo sacra, unde fluat p. 26. n. 7.

Gregorius VII. hujus dictatus p. 351. §. 216. investituræ episcoporum per annulum & baculum imperatoribus & regibus vetat. p. 352.

H.

Hircus emissarius, qui ita dictus? p. 94. § 1
Historia ecclesiastica, utilis studioso juri ecclesiastico. p. 10. § 31. p. 11. n. 2.

Hore precatorum spectabant apud Iudeos ad cultum Dei quotidianum p. 88. § 104.

Hoftie, quid ita dictum p. 78. §. 81.

Hymni, Sec. II. canebantur p. 262. § 120.

Hypodiaconi, quando exorti? p. 278. § 29

I.

Janitores, ubi & quando exorti? p. 224. § 14.
Idiotæ, apud Iudeos, qui p. 109. § 163.

Iefu.

INDEX RERUM.

- Iejunie*, an a Christo præcepta? p. 211. §. 350.
Imperans, quomodo intuitu ecclesiæ considerandus? p. 46. § 42.
Imperatores & reges apud hos supremum ecclesiæ regimen p. 355. § 221. apud hos jus episcopos constituendi p. 360. § 226. removendū p. 361. § 227. iisdem regalia competierunt ibid. § 229. advocati dicuntur ecclesiæ p. 361. § 230.
Imperium, in regno suo quomodo exerceat Deus p. 18. § 11. est nihil nisi amor erga homines p. 24. § 18.
Intercessiones martyrum pro peccatoribus, quid efficerint? p. 244. § 70.
Interpres in academiis iudaeorum p. 118. § 186.
Invocatio Dei, quid? p. 31. n. 3.
Ioannes XII. papa flagitiosus p. 309. § 115.
Judicia ecclesiastica, unde nata? p. 245. § 74. horum jurisdiccionis p. 246. § 75. ordo ib. 76. non erant civilia ib. § 77. durant sec. IV. & seqq. p. 296. § 77.
- - - *episcopalia & synodalia* quando orta? p. 313. § 127.
- - - *Synodalia*, quantæ auctoritatis? p. 314. § 130.
Iura episcopalia, unde ita dicta & quotuplicia p. 234. § 43.
- - *ministerii* episcorum p. 285. § 47.
Jurisdictio ecclesiastica, Sec. II. & III. erat mere conventionalis p. 246. 75. apud episcopos p. 287. § 53. magis magisque stabilita p. 312. § 124.
Jurisprudencia ecclesiastica, quid? p. 1. § 2. in publicam & privatam dispescitur. p. 7. § 22.
consultatoria, quid decernat? § 22. ib. *legislatoria*
B b

INDEX RERUM.

toria ib. § 24. *judicaria & consistorialis*, circa quas causas veretur p. 8. § 25.

Ius Canonicum quid? p. 6. § 17.

- *ecclesiasticum*, quid? p. 1. § 1. eiusdem obiectum ibid. § 3. personæ ad obiectum huius pertinentes p. 2. § 6. res p. 3. § 7. regimen ecclesiæ p. 3. § 8. quæ actiones ad hoc pertinent p. 4. § 10. in divinum & humanum dispescitur p. 4. § 12. stadium eiusdem utilissimum p. 8. § 27. systemata quis scriperit p. 9. n. * quæ studia hoc promoveant? p. 10. § 31 de hujus originibus p. 12.

- *humanum*, quotuplex? p. 4. § 13.

- *particulare* p. 5. § 14. quid? ib. § 16.
- *publicum & privatum*, p. 6. § 19. quid?
ibid. § 20.

- *universale* p. 5. § 14. quid? ibid. § 15.

Ius fraternitatis inter ecclesias apostolicas obtinuit
p. 196. § 111.

Injustitia Dei, quid? p. 14 n. 5. quotuplex? p. 18.
§ 12

- *vindicativa*, qualem satisfactionem requiri-
rat? p. 34. n. *

L.

Laiici, qui sub hoc nomine comprehensi p. 218.
§ 5. Sec. II. & III. p. 225. § 17.

Lapsi, Sec. II. & III. erant triplicis generis p. 227.
§ 24.

Lapsus primorum parentum, quid effecerit p. 35.
§ 32.

Laudatio Dei externa, quid? p. 30. § 16. n. 2.

Lectione legis & prophetarum, quomodo in synago-
gis peracta p. 180. § 167.

- *E auditio script. sacrae*, erat pars cultus di-
vini in ecclesia apostolica p. 208. § 142.

Lectoris munus in synagogis cui demandatum p.
181.

INDEX RERUM

181. § 167. n. 3. Sec. II. p. 224. § 14. quale officium sec. III. & IV. p. 279. § 32.
Legati, quibus ecclesia usa p. 295. § 72.
Legisperiti, qui apud Iudeos ita dicti p. 107. § 160.
Leges a Deo dantur Israelitis ad radices montis Sinai p. 55. § 24.
- - *ecclesiasticae* sunt principia iuris ecclesiastici p. 4. § 11.
Levitæ, qui fuerint, quid peregerint & quomodo divisi p. 74. § 69.
Libamina, quid ita dictum p. 8. § 84.
Litteræ bullatae quæ ita dictæ? p. 294. § 70.
- - *commendatitiae*, p. 293. § 76.
- - *communicatoriae*, quibus datae p. 292. § 66.
- - *dimissoriæ*, p. 293. §. 67.
- - *holographæ*, p. 294. § 79.
- - *pacificæ* & *episcopales* p. 293. §. 68.
- - *paschales* p. 294. § 70.
- - *tractoriae*, ib. § 69.
Litterati apud Iudeos, quomodo distincti p. 107. § 160.
Liturgia, quibus actibus absoluta in synagogis p. 113. § 175. quando in ecclesia formata? p. 289. § 59.
Loca certa ad conventus facros in eccles. apost. constituta p. 201. § 126. erant primo dominus privatae p. 203. § 131.
M.
Majestas, Deo tributa, quid involvat? p. 17. § 10.
Manuum impositio, qualis ritus p. 166. n. 2. 3.
hac confirmatio ecclesiæ ministrorum facta p. 187. § 100.
Martyres, qui ita dicti sec. II. & III. p. 229. § 30.
Matrices, quæ ecclesiæ ita dictæ? p. 319. § 145.
B b 2 Matrice

INDEX RERUM

Matrimonia clericis interdicta occasionem dant vi-
tae dissolutae p. 310. § 116.

Messias, ex populo judaico proditus, p. 52. § 13.
non statim primis temporibus apparuit ib. §. 14.
sed suo tempore § 16. p. 53.

Metropolitani, quando enati p. 268. § 6. eorum-
dem jura p. 270. § 11. in quas ecclesias regi-
men exercuerint p. 321. § 151. eorum jura ib.
§ 152. consecratio p. 328. § 172. officium
ib. § 173.

- - *primarii*, quomodo alias dicti? p. 271. §. 15.

Ministerium ecclesiasticum, hujus divina origo p.
152. § 33.

Ministri ecclesiae, in apostolica, qui ita dicti p. 151.
§ 31. a quo constituti? p. 98. §. 156. quo-
modo confirmati? p. 187. § 100.

- - *Synagogæ*, duobus nominibus distincti p.
106. § 159.

Monachalis disciplina introducta p. 310. § 118.

Monachi, quando orti? p. 281. §. 39. ubi habi-
taverint ib. §. 40.

Monasteria, quæ loca ita dicta p. 282. § 39.

Moniales, quando innouerint? p. 281. § 39.

Moria, mons descriptus p. 61. § 38.

Moses, hujus ministerio Deus usus est ad erigen-
dam ecclesiam cum republica conjunctam in po-
pulo judaico p. 53. § 18. per hunc foedus jam
initum revocatum est p. 54. §. 19.

N.

Notitia Dei, quid involvat? p. 25. § 3. est
fundamentum cultus divini ibid. n. *

- - *naturalis*, est imperfecta p. 33. § 26.

Nethinæ, ministri Levitarum p. 74. § 70.

Novilanium quodlibet habuit suum festum p. 95.
§. 129.

- - *novi anni*, p. 96. § 130

Nunzi

INDEX RERUM.

Nuncii, his præsertim ecclesi. Rom. usq; p. 295.
§ 74.

O.

Obedientia, Dei naturalis imperfecta est p. 33.
§ 26. externa quid? p. 31. n. 4.

Oblationes, quotuplicis generis fuerint apud Iudeos p. 76. § 75. que præcessent in ecclesia apostolica cœnana dominicam p. 213. § 352.

Oeconomi, Sec. IV. instituti p. 281. § 38. p. 289.
§ 59.

Oecumenici titulus, liceque de hoc inter patriarchas
p. 347. § 209.

Observantia sacra, quid? p. 28. § 11. n. 3.

Officiales Synagoge, quomodo divisi p. 102. §
151. sq.

Oratio dominica, a Christo præscripta p. 125. § 12
semper in pretio a Christianis habita p. 210.
§ 347. fundamenti loco precibus Sec. II. præ-
missa p. 262. § 120.

Oratoria, quando a Christianis ædificari coeperint
p. 250. § 86.

Ordinatio clericorum, ad quem Sec. IV. pertinue-
rit? p. 287. § 52.

- - - *Episcoporum*, quomodo Sec. II. facta p.
237. § 51.

- - - *presbyterorum* apud Iudeos p. 106. § 158.

Ordo ecclæsticus, qui sub hoc comprehensi p. 218.
§ 4. ad hunc clerici relati ibid. § 5. quando
sacerdotum & sacerdotii titulum affectaverit p.
218. § 5. Sec. IV. imperium affectare cœpit
p. 265. § 1.

- - - *& plebs*, quando haec differentia fuerit
usu recepta p. 217. § 4.

Osulum sanctum, quomodo alias dictum p. 262.
Bb 3

§ 123

INDEX RERUM

§ 123. p. 247. § 78. censebatur signaculum
orationis p. 262. 123.
Ostiarii, ubi & quando exorti? p. 224. § 14.
Otiosi, decem, in synagoga fuisse dicuntur p. 179.
§ 164.

P.

Pallii concessio, per hanc amplificant potestatem
suam patriarchæ R. p. 345. § 106.
Panes azymi, quid? p. 90. § 113.
Parabolani, horum officium p. 280. § 35.
Papa, quando Episc. Rom. sibi soli hoc nomen
tribuendum voluerit p. 350. § 215. ejus-
dem potentia crescit in immensum p. 354. §
219. majestatem civilem potestati suæ subjecere
cupit p. 355. § 220.
Pascha, in judaica ecclesia, quid? p. 89. § 111.
- *Christianorum* in memoriam passionis Chri-
sti institutum & celebratum p. 206. § 138. a
judaico divisum p. 251. § 91. *taupeotixos* & *ura-*
taupeos, quid? p. 252. § 92. n. 1. sq.
Patriarcha *Constantinop.* maxime post Romanum
emersit p. 337. § 195.
- *Romanus*, an semper primum locum ob-
tinuerit? p. 336. § 194. stimulis fastus agita-
tur p. 338. § 196. initium facit proferendæ ju-
risdictionis p. 341. §. 203. per concessionem
pallii p. 345. §. 106. perpetuam habet cum
Constantinopolitano item p. 346. § 209. ar-
rogat sibi potestatem transferendi regna & im-
peria p. 348. § 211. sibi soli titulum papæ tri-
buit p. 350. § 215.
Patriarchæ in ecclesia christiana quando exorti?
p. 272. § 15. primum in usu fuere in ecclæ-
jud. ibid. n. 1. supra metropolitanos enecti
p. 330.

INDEX RERUM.

- p. 330. § 179. eorum jura p. 332. § 182. honor. ibid. § 183. potestas ibid. 184. habebant suas dioceses p. 333. § 185. regimen § 186. primo erant aequales omnes p. 335. § 192. eorum cura p. 339. § 198.
- Pedissequi*, Sec. II. qui p. 224. § 14.
- Pentateuchus*, quomodo divisus a Judæis p. 180. § 167. n. 1.
- Pentecoste in ecclesia Judaica*, quale festum p. 91. § 116. in christiana eccles. p. 207. § 139. Sec. II. & III. celebratum p. 253. § 93.
- Petrus*, hujus primatum tuerunt pontificii p. 176. n. * § 76.
- Plebeii* sive *idiotæ*, qui apud Judæos ita dicti? p. 107. § 163.
- Plebs* hujus nomine veniebant auditores Sec. II. & III. p. 225. § 17.
- Pœnitentes*, qui Sec. II. & III. ita dicti p. 229. § 28. Sec. IV. in quatuor ordines distincti p. 301. § 91. quæ ceremoniæ in eorum admissio ne ad pœnitentiam agendam obseruatæ p. 202. § 98.
- Pœnitentia ecclesiastica* quotuplex p. 240. § 59. deum respiciens, quid? ibid. § 61. publica quid? p. 241. § 93. quales actus hanc comitati sunt p. 242. § 65. effectus p. 243. § 69. finis pœnarum eccles. p. 301. § 93.
- - publica Sec. VIII. revocata p. 306. § 108. Theodosii p. 304. § 102.
- Pontifex Rom.* omnem potestatem ad se trahere conatus p. 316. § 137. sq. magnam partem juris circa sacra sibi arrogare ausus p. 344. § 232. v. *Patriarcha Rom.*
- Populus Israeliticus*, a Deo electus p. 52. § 13. unde nomen acceperit? p. 53. § 17. in XII.

INDEX RERUM

- tribus distinctus ibid. § 17. ad fœderis sanctio-
nem invitatus p. 55. § 23.
- Potentia Dei*, quid? p. 14. n. 6.
- Præcentores*, qui ita dicti? p. 280. § 33.
- Prærogativa*, nulla erat inter apostolos p. 182.
§ 86.
- Præses* perpetuus videtur præfuisse presbyteris p.
197. § 113. eiusdem eminentia p. 198. § 116.
- Præsides*, majorem successu temporis adfectarunt
auctoritatem p. 198. § 118.
- Precatio* externa? p. 31. n. 3.
- Precationes* duplicitis generis apud judæos p. 183.
§ 171. in conventibus ecclesiæ apostolicae fa-
ctæ p. 209. § 346.
- Præces*, unde fluant? p. 29. n. 6. harum argu-
menta p. 261. § 118. sq.
- - publicæ apud hebræos p. 183. § 170.
- - solemnes ab his incipiebat cultus Dei Sy-
nagog. p. 180. § 167.
- Presbyteri* rectores erant Synagogæ p. 102. § 152.
horum officia p. 103. § 153. eorum ordinatio
duplici modo facta p. 106. § 158. quid vox de-
notet? p. 158. § 44. n. 1. eorumdem origo p.
159. § 45. an regendi potius quam docendi
causa ecclesiis præfecti p. 162. § 54. agebant
doctores p. 163. § 55. inspectores & directores
p. 164. § 56. quomodo constituti p. 165. § 58
interdum episcopi appellati p. 167. § 59. plu-
res ubi erant, speciem collegii formarunt. p. 167.
§ 60. apud hos qualis ordo successionis p. 169. § 62.
insigni auctoritate valebant in gubernanda ec-
clesia p. 286. § 50. p. 223. § 1.
- Presbyterium*, quid p. 103. § 153. his præside-
bant apostoli vel viri apostolici p. 198. § 117.
præcipuas habebant partes in ecclesia regenda
p. 199.

INDEX RERUM.

- p. 199. § 119. exercebat disciplinam ecclesiasticam p. 199. § 121.
Primates, qui ita dicti? p. 271. § 115.
Primatus, de hoc certant patriarchæ p. 335. § 193.
Primatus Petri, hujus pontificii tueruntur p. 176. § 76. n. * frustra assertur p. 182. § 86.
Primitiæ, quid? p. 83. § 94.
Primitiva, ex quo genere rerum inanimatarum oblata p. 82. § 92.
Primogeniti deo sacri p. 81. § 89.
Processiones Sec. II. quid? p. 262. § 122.
Pronaon, quid? p. 64. § 44.
Prophetæ, per hos Deus cum hominibus egit in V. T. p. 49. § 5. in ecclesia apostolica qui? p. 157. § 42.
Propyleum, quid? p. 64. § 44.
Proselyti, quotuplicis generis p. 75. § 72.
Psalmi, hymni & oda in ecclesia apostolica usitatae p. 210. p. 349.
Psalmitæ, quando constituti? p. 279. § 33.
Purim, festum Judæorum p. 97. § 134.

R.

- Rabbi*, qui ita dictus? p. 107. § 162.
Rectores synagoge, quomodo vocati? p. 102. § 152.
Regimen ecclesiæ, quid? p. 3. § 9. p. 41. § 20. opus est. p. 43. § 28. in quo consistat? ib. § 29 exercetur vel absque p. 44. § 33. vel cum imperio p. 46. § 41.
- *apostolice*, p. 174. § 72. fuit sine omni imperio. ib. § 73. an forma divinitus præscripta. p. 175. § 74. seqq. sine capite visibili p. 175 § 76. ordinarium & particulare, a quo administratum. p. 197. § 112. confederatione quadam mixum. p. 179. § 80. p. 195. § 109. hujus potestas erat apud ecclesiam p. 180. § 83. quomodo

Bb 5

Sec.

INDEX RERUM

- Sec. II. & III. fuerint comparatum. p. 231. § 36.
toti adhuc competebat ecclesiæ. p. 232. § 37.
administrabant episcopi ex tacito ecclesiæ consen-
su p. 236. § 48. civili regimini conformatum, est
fundamentum auctoritatis ordinis eccles. p. 265.
§ 3. quomodo comparatum a Sec. IV. usque ad
XIV. p. 282. § 4. quomodo a Sec. XIV. ad XV.
p. 317. § 140. a Sec. IV. recte imperatores vin-
dicarunt. p. 355. § 221.
- - *judaicæ*, apud quem potestas circa sacra
fuerit? p. 158. § 25.
- - *patriarchalis*, apud quem fuerit? p. 51. § 11.
- - *episcopale*, quid? p. 284. § 44. præses hujus
quis? p. 286. § 49. ejusdem jura. p. 287. § 52.
- Regnum Christi*, est spirituale p. 129. § 22
- Regnum Dei*, quid ita vocetur? p. 17. § 9. ejus-
dem fundamentum ib. § 10. in hoc Deus impe-
rium exercet. p. 18. § 11. est regnum mutui amo-
ris. p. 24. § 18. erectum in populo iudaico p. 52
§ 13. ad cuius erectionem Moses ministerio ulus
est Deus p. 53. § 18
- - quid denotet in evangelio p. 121. § 3. n. 2
gratia, quid? ib. n. 3. *cælorum* quid? ib. n. 4.
seqq. deinde ecclesia dictum p. 121. § 4
- Religio*, quid? p. 25. § 1. p. 17. § 9. quid comple-
ctatur? ib. § 2. quid hujus fundamentum? p. 12.
§ 1.
- - *externa*, hujus exercitium, juris ecclesiasti-
stici objectum p. 2. § 5.
- - *interna* non pertinet ad ius eccles. p. 2. n.*
- - *naturalis*, quid? p. 33. § 23. an sufficiens
ad amicitiam cum Deo recte colendam. ib. § 24
quod negatur § 27. 28.
- - *revelata*, ubi inveniatur p. 35. § 30.
- Religiōsi*, qui ita vocati? p. 281. § 40.
- Ritus

INDEX RERUM.

Ritus & ceremonie, in ecclesia apostol. in cultu
divino observanda p. 207. § 141.
- - cultus divini crescent successu temporis
p. 250. § 88.

S

Sabbatum, apud Judæos p. 88. § 105. quomodo
sanctificatum ib. § 106. a fidelibus in ecclesia
apostolica cum judæis celebratum p. 204. § 134
Sacerdos summus, in eccles. jud. p. 68. § 55. unge-
batur p. 70. § 60. eiusdem munera p. 72. § 63
Sacerdotes in ecclesia judaica, qui fuerint p. 58.
§ 28. p. 68. § 54. in horum personis quæ requi-
fita fuerint? p. 69. § 56. quomodo eorum con-
secratio facta? ib. § 57. de eorum vestibus, p. 70
§ 58. in quo eorundem functio fuerit posita
p. 71. § 62. in duodecim ephemeras distributi
p. 72. § 66.

Sacerdotum & sacerdotii titulus, quando ab ordi-
ne ecclesiastico affectatus? p. 218. § 5.

Sacra, apud quem potestas circa hæc in ecclesia
judaica fuerit? p. 58. § 28. apud quem horum admi-
nistratio? ib. § 30. ubi in ecclesia apostolica
peracta? p. 201. § 125. & quo tempore p. 204
§ 132.

Sacraria domestica, quid apud Judæos? p. 114
§ 177.

Sacrificatio in ecclesia patriarchali, per quem facta?
p. 51. § 9. 10.

Sacrificia, an divini an humani originis? p. 50.
§ 7. quæ ita dicta? p. 76. § 75. quibus ritibus
oblata? p. 77. § 78. modus eadem offerendi
p. 78. § 81. finis ib. § 82. quædam habebant
rationem census & tributi p. 81. § 87.

- - cruentia p. 77. § 77.

Salus ecclesia, quatuorplex p. 41. § 21.

Bo-

INDEX RERVM.

- *bominum*, in quo constat? p. 19. § 13
n. **
- Sanctitas Dei*, quid? p. 14. n. 2.
- Sanctum*, quid? p. 59. § 35. in templo p. 63. § 45.
- - *sanctorum* in tabernaculo, quid? p. 60.
§ 36. in templo, quid? p. 62. § 42.
- Sapientia Dei*, quid? p. 14. n. *
- Satisfactio* Sec. II. effectus penitentiae publicae
p. 243. § 69. in quo constiterit? p. 244. n. * hanc
sequebatur absolutio. p. 244. § 71.
- Schisma* inter eccles. orient. & occident. ortum
p. 348. § 210.
- Scholæ Christianorum*, quando aperiri coeperint?
p. 263. § 124.
- Septemviri* in ecclesia apostolica constituti in
quem finem? p. 161. § 50.
- Seniores* in synagoga, p. 102. § 152.
- Societas* requiritur religionis exercendæ gratia & cur?
p. 37. § 3. 4. seqq.
- - *inter Deum & homines* p. 12. § 1. hujus
existentia probatur. p. 13. § 2. quid sit? p. 16
§ 7. est inæqualis ib. § 8. p. 24. § 16. finis hu-
jus communis p. 19. § 13.
- Solutio & ligatio*, quid per hoc intelligatur? p.
193. n.
- Sponsores*, quando adhibiti? p. 256. § 101.
- Sportule* a Clericis stipendorum loco accipieban-
tur Sec. II. p. 264. § 126.
- Sportulantes fratres*, qui ita dicti? p. 264. § 126.
- Stantes*, qui ita dicti sec. II. & III. p. 229. § 29.
- Stationes* precandi causa sec. II. frequentari sole-
bant. p. 262. § 121.
- Status ecclesiasticum apostolicarum*, an ab apostolis
virisque apostolicis ordinatus. p. 139. § 12.
- - *ecclesiæ christianaæ* sec. II. & III. p. 216
§ 1. seqq.

audio-

INDEX RERUM

- Studioſitas ſacra, quid?* p. 27. § 11. n. 2.
Subdiaconi, quando exorti? p. 278. § 29.
Subordinatio inter epiftopos, quando orta? p. 318.
§ 140. an ab apoftolis inducta. ib. § 143.
Subſellia, horum ordo in synagoga. p. 101. § 146.
Suffitius facer, ex quibus compositus aromatibus.
p. 50. § 86.
Supplicationes, apud Judæos, quid? p. 183. § 171.
Suſpenſio, quotuplex p. 300. § 88.
Synagogue, quid? p. 98. § 136. harum origo. ib. § 138:
ubi extremitæ? p. 99. § 139. rebus ſacris annu-
meratæ. ib. § 141. earundem ſtructura. p. 100.
§ 143. partes & instrumenta. ib. utensilia. p. 101.
§ 149. perſonæ, ex quibus membra ecclesiæ ju-
daicæ in his conſtabant. p. 102. § 150. ſeqq.
duplici ratione rectæ fuerunt. § 153. p. 103. qua:
ejusdem regimē complexum fuerit? p. 104.
§ 157. an ex his instituta ecclesiæ N. T. orta
p. 142. § 15.
Synedrium, quid? p. 103. § 153. p. 114. § 179. an
ex hoc instituta ecclesiæ Christianæ deriuanda.
p. 143. § 16.
- - *magnum, quid?* p. 115. § 181. ubi con-
fſum habuerit? p. 116. n. 3. ejusdem auctorita-
tas. ib. n. 4. cauſæ, quas tractavit. n. 5. perſo-
næ eidem ſubiectæ. ib. n. 6. quantum hujus
ſententia valuerint. 2. p. 117. n. 7.
- - *minora, quid?* p. 117. § 182. modus in
his confidendi. ibid. n. 1. cauſæ in his diſcepta-
tæ. p. 118. n. 2.
- - *minimum* p. 118. § 183.
Synodi, quid? p. 46. § 40. quales conuentus fec.
II. & III. p. 248. § 82. quando institui cooptæ.
p. 206. § 76.
Syftafis, quid? 243. § 67.

Taber.

INDEX RERUM.

T

Tabernaculum fœderis, quid? p. 59. § 33. strictius dictum, quid? ib. § 34.

Templum Hierosolymitanum, ubi exstrūctum p. 61. § 38. bis ædificatum. p. 62. § 39. ædificium stupenda magnificentiae. p. 67. § 50. prius superavit posterius. ib. § 51.

- - secundum, cur huic major tribuatur gloria p. 67. § 52.

Theologia inservit studio juris ecclesiastici p. 10. § 31

Tractatores, quando populo præfecti p. 225. § 16.

V.

Vestes sacrae duplicitis erant generis. p. 70. § 58.

Vicarii generales episcoporum p. 313. § 126.

Vicariatus sedis Rom. promovent potestatem pontificis p. 343. § 204.

Victimæ, quid ita dictum? p. 76. § 75.

Visitatio ecclesiarum, officium episcoporum p. 288. § 55.

Vunctione in solo pontifice maximo ecclesiæ iudaicæ peracta. p. 70. § 60. Sec. II. adulto accessit. p. 255. § 98. n.

- - agrotorum, in ecclesia apostolica obtinuit. p. 215. § 355.

Vno voluntatis divinae & humanae in societate quid? p. 22. § 14.

Vota duplicitis erant generis. p. 84. § 100.

Vtensilia in synagoga p. 101. § 149.

Y

Yπερτασις, quid? p. 242. § 67.

Kr 11

WZP

ULB Halle
005 813 727

3



nt

Farbkarte #13



DIET. HERM. KEMMERICHII
SERENISS. SAX. DVC. STIRP. ERNEST. CONSILIARI^{II}
AVLICI FACVLT. IVRIDICAE ET SCABINATVS
FRAESIDIS ORDINARII, CVRIAEC PROVINC.
SAX. ASSESS. ET ANTICESSORIS PRIMARII
IN ACADEMIA IENENSI,

ORIGINES IVRIS ECCLESI- ASTICI,

EX
NATVRA ET INDOLE
RELIGIONIS ET ECCLESIAE,

NEC NON
PRIMAEO ECCLESIAE STATV,
AC VARIIS EIVS, CVM PRIMIS
REGIMINIS ECCLESIASTICI,
MVITATIONIBVS
DERIVATAE,



LIPSIAE ET CVRIAEC VARISCORVM
A. M DCCXLV.

IMPENSIS IOH. GOTTLIEB VIERLINGII.